euntiũ qua quéq; ſuoꝝ uſuum cā ferret:nihil uſquā nō pauidis mō:ſed ne mirantibus ꝗdem ſimilem
circunſpiciebat:omnia inquirens oculis:ubi nam bellum fuiſſet adeo:nec amotæ rei uſquā:nec oblatæ
ad tempus ueſtigium ullum erat:ſed ita oīa conſtāti tranquilla pace ut eo uix fama belli perlata uideri
poſſet. Victus igitur patientia hoſtium ſenatum eoꝝ uocari iuſſit.Soli adhuc:inquit:tuſculani uera ar
ma ueraſq; uires:qbus ab ira romanoꝝ ueſtra tutaremini:īueniſtis.Ite Romam ad ſenatum: exiſtima
bunt patres utrum plus ante pœnæ:an nunc ueniæ meriti ſitis:non præripiam gratiam publici benefi
cii:deprecandi poteſtatem a me habueritis:præcibus euentum ueſtris ſenatus:quem uidebitur dabit.
Poſteaq̃ Romam tuſculani uenerunt:ſenatuſq; pauloante fidelium ſociorum mœſtus in ueſtibulo
curiæ ē cōſpectus:moti extemplo patres uocari eos iam tum hoſpitaliter magis:quā hoſtiliter iuſſere.
Dictator tuſculanus ita uerba fecit.Quibus bellum īdixiſtis ītuliſtiſq; patres cōſcripti:ſicut nūc uidetis
nos ſtantes in ueſtibulo curiæ ueſtræ:ita armati paratiq; obuiā īperatoribus legionibuſq; ueſtris ꝓceſ/
ſimus:hic noſter:hic plebis noſtræ habitus.fuit:eritq; ſemper:niſi quādo a uobis proq; uobis arma ac/
ceperimus.Gratias agimus & ducibus ueſtris:& exercitibus:qđ oculis magis:quā auribus crediderūt:
& ubi nihil hoſtile erat:neq; ipſi ꝗdem fecerunt:pacē quā nos ꝑſtitimus:eam a uobis petimus:bellū eo:
ſicubi eſt:auertatis:ꝓcamur.In nos qd arma polleāt ueſtra:ſi patiēdo experiūdum ē:inermes expiemur
hæc mens noſtra eſt:dii īmortales faciāt tam felix q̃ pia.Quod ad crimina attinet:qbus moti bellū īdi/
xiſtis:& ſi reuicta rebus:uerbis cōfutare nihil attinet:tamē ēt:ſi uera ſint:uel fateri nobis ea:cum tā eui/
denter pœnituerit:tutum cenſemus:peccetur ī uos:dum digni ſitis:qbus ita ſatiſfiat.Tantum fere uer
boꝝ ab tuſculanis factum:pacem in ꝑſentia:nec ita multo poſt ciuitatem ēt īpetrauerūt:ab Tuſculo le/
giones reductæ.Camillus conſilio & uirtute in uolſco bello:felicitate ī tuſculana expeditione:utrobiq;
ſingulari aduerſus collegam patiētia & moderatiōe īſignis magiſtratu abiit.Creatis militaribus tribu/
nis in īſequētem annum.L.&.P.Valerio Lucio.v.Publio.tert.&.C.Sergio.tert. Licinio Menenio.ii.P.
Papyrio Seruio Cornelio Maluginēſe:cenſoribus quoq; eguit ānus:maxime ꝑꝑ īcertam famam æris
Tri.mi. alieni:aggrauantibus ſummā ēt īuidiæ eius tribunis plebis:cum ab iis eleuaretur:quibus fide magis:q̃
fortuna debētium laborare creditum uideri expediebat.Creati cēſores Cl.Sulpicius Camerinus.Sp.q;
Poſthumius Regilienſis:cœptaq; iam res morte Poſthumii:quia collegam ſuffici religio erat īterpel/
lata eſt:igitur cum Sulpicius abdicaſſet ſe magiſtratu:cenſores alii uitio creati non geſſerunt magiſtra/
tum.Tertios creati uelut diis non accipientibus in eum annum cenſuram religioſum fuit. Eam uero
ludificationem plebis tribuni ferendam negabāt:fugere ſenatum teſtes tabulas publicas cenſus cuiuſ/
que:quia nolint conſpici ſummam eris alieni:quæ īdicatura ſit demerſam partem a parte ciuitatis: cū
interim obæratam plebem obiectari aliis atq; aliis hoſtibus:paſſim iam ſine ullo diſcrimine bella q̃ri:
ab Antio Satricum inde Tuſculū legiones ductas:latinis hernicis præneſtinis iam intēptari arma ciui
um magis:q̃ hoſtium odio:ut in armis terant plebē nec reſpirare in urbe:aut per otiū libertatis memi
niſſē ſinant:aut cōſiſtere in contione:ubi aliquādo audiant uocem tribunitiam de leuando fœnore &
fine aliaꝝ iniuriaꝝ agētem:Quod ſi ſit animus plebi memor patrum libertatis:ſe nec addici ciuem ro
manum ob creditam pecuniam paſſuros neq; delectū haberi:donec inſpecto ære alieno initaq; ratiōe
minuendi eius:ſciat unuſquiſq;:quid ſui:quid alieni:ſit ſuperſit ſibi liberꝝ corpus:an id quoq; neruo
debeat.Merces ſeditionis propoſita confeſtim ſeditionē excitauit:nam & addicebantur multi:& ad ꝑ
neſtini famam belli nouas legiones ſcribendas patres cenſuerant:quæ utraq; ſimul auxilio tirbunitio:
& conſenſu plebis īpediri cœpta:nam neq; duci abdictos tribuni ſinebant:neq; iuniores noīa dabant.
Cum patribus minor præſens cura credite pecuniæ iuris exequendi quā delectus eſſet:quippe iam a
præneſte ꝓfectos hoſtes in agro ſabino conſediſſe nunciabat:interim tribunos plebis fama ea ipſa ir/
ritauerat magis ad ſuſceptum certamen:q̃ deterruerat:neq; aliud ad ſeditionem extinguendā in urbe
quam prope illatum mœnibus ipſis bellum ualuit.Nā cū eſſet preneſtinis nunciatū nullum exerci/
tum conſcriptū Romæ:nullum ducē certum eſſe:patres ac plebem in ſemetipſos uerſos:occaſionem
rati duces eoꝝ raptim:agmine facto:peruaſtatis protinus agris ad portam collinā ſigna ītulere.Ingēs
Dicta/ in urbe trepidatio fuit:conclamatū ad arma concurſumq; in muros atq; portas eſt:tādemq; ab ſeditio
toriſ no ne ad bellum uerſi dictatorem.T.Quintium Cincinnatū creauere:is magiſtrū equitum.A.Semproni
men & um Atratinū dixit.Quod ubi auditum ē(tātus eius magiſtratus terror)erat ſimul hoſtes a mœnibus
hoſtib⁹ receſſere & iuniores romani ad edictum ſine retractatiōe cōuenere.Dum Romæ conſcribit exercitus
formi/ caſtra interim hoſtium haud ꝓcul allia flumine poſita inde agrū late populantes fatalem ſe urbi roma
dabile næ locū cepiſſe inter ſe iactabant:ſimilem pauorē inde:ac fugam fore ac bello gallico fuerat.Etenim ſi
diem contactū religione inſignēq; nomine eius loci timeant romani:quanto magis allienſi die alliam
ipſam monumentū tantæ cladis reformidaturos?ſpecies profecto his ſibi truces galloꝝ ſonoſq; uocis
Vide in oculis atq; auribus fore.Has inanium reꝝ inanes ipſas uolutātes cogitationes fortunæ loci delega/
ubi Li/ uerant ſpes ſuas.Romani cōtra:ubicūq; eſſet latinus hoſtis:ſatis ſcire eū eſſe:quem ad regillum lacum
uius ſta deuictum centū annoꝝ pace obnoxia tenuerint locū inſignē memoria cladis irritaturū ſe potius ad de
tuat al/ lendam memoriam dedecoris:q̃ ut timorem faciat:nequa terra ſit nefaſta uictoriæ ſuæ: quin ipſi ſibi
lie alue/ galli ſi offerant:illo loco ſe ita pugnaturos:ut Romæ pugnauerint in repetenda pattia:ut poſtero die
um ad Gabios tunc:cū effecerint:nequis hoſtis:qui mœnia romana intraſſet:nunciū ſecundæ aduerſæq;
fortunæ domum perferret.His utrinq; animis ad aliam uentum eſt.Dictator romanus:poſteaq̃ ī con
ſpectu hoſtes erant īſtructi intentiq;:uides ne tu inquit.A.Sempronii fortuna illos fretos ad alliam cō

ſtitiſſe:nec illis dii immortales certioris quicquã fiduciæ maioriſue:quod ſit auxilii:dederit:at tu fræ
tus armis animiſq; concitatis equis inuade mediam aciem:ego cum legionibus ĩ turbatos trepidãteſ/
que inferam ſigna. Adeſte dii teſtes fœderis:& expetite pœnas debitas ſimul uobis uiolatis:nobiſq; per
ueſtrum numen deceptis. Non equitem:non peditem ſuſtinuere præneſtini primo impetu ac clamo/
re diſſipati ordines ſunt:deĩde poſteaquã nullo loco conſtabat acies terga uertunt: cõſternatiq; & pter
caſtra etiam ſua pauore prælati non prius ſe ab effuſo curſu ſiſtunt:quã ĩ cõſpectu. Præneſte fuit:ibi ex
fuga diſſipati locum:quem tumultuario opere cõmunirent:capiunt:ne ſi intra mœnia ſe recepiſſent:
extemplo ureretur ager:depopulatiſq; omnibus obſidio urbi ĩferretur:ſed poſteaquã direptis ad alliã
caſtris uictor romanus aderat:id quoq; munimentũ relictum: & uix mœnia tuta rati oppido ſe præ/
neſte includunt. Octo præterea oppida erant ſub dicione pneſtinorum:ad ea circunlatum bellum:de/
inceptiſq; haud magno certamine captis Velitras exercitus ductus:eæ quoq; expugnatæ: tum ad caput
belli Præneſte uentum:id non ui:ſed per deditionem receptum eſt. T. Quĩtius ſemel acie uictor: binis
caſtris hoſtium:nouem oppidis ui captis:Præneſte in deditionem accepto Romam reuertit:triũphãſ/
que ſignum Præneſte deuectum Iouis ĩperatoris in capitolium tulit:dedicatum eſt inter cellam Iouis
& Mineruæ:tabulaq; ſub eo fixa:monumentum rerum geſtarum his ferme incisa litteris fuit. Iuppi/
ter atq; dii omnes hæc dederunt:ut. T. Quintius dictator oppida nouem caperet:die.xx.quam creatus Signũ
erat:dictatura ſe abdicauit. Comitia inde habita tribunorum militum conſulari poteſtate:qbus æqua Iouis ĩ/
tus patriciorum plebeiorumq; numerus:ex patribus creati. P. & C. Mãlii cum. L. Iulio:plebes. C. Sexti patoris
lium. M. Albinum. L. Antiſtium dedit. Manliis quod genere plebeios gratia Iulium anteibãt. Volſci
prouincia ſine ſorte. ſine comparatione extra ordinem data:cuius & ipſos poſtmodo:& patres qui de/
derant:pœnituit. Inexplorato pabulatum cohortes miſere:qbus uelut circunuentis cum id falſo nun/
ciatum eſſet:dum præſidio:ut eſſent:citati feruntur:nec auctore quidem aſſeruato:qui eos hoſtis lati/
nus pro milite romano fruſtratus erat:ipſi in inſidias præcipitauere:ibi dum iniquo loco ſola uirtute
militum reſiſtentes cæduntur cæduntq; caſtra interim romana iacentia in campo ab altera parte ho/
ſtes ĩuaſere. Ab ducibus utrobiq; pdite temeritate atq; ĩſcitia res:qcqd ſuperfuit fortunæ populi roma
ni:id militum ẽt ſine rectore ſtabilis uirtus tutata ẽ. Quæ ubi Romã ſunt relata: primũ dictatorẽ dici
placebat:deĩde poſteaq̃ qetæ res ex Volſcis afferebant. & apparuit neſcire eos uictoria & tpe uti:reuoca
ti ẽt ĩde exercitus ac duces:otiũq; ĩde q̃tũ a uolſcis fuiſſet:id mõ extremo ãno tumultuatũ qđ pneſtini
concitatis latinorum populis rebellarunt. Eodem anno ẽt ipſis quærentibus penuriam hominum no
ui coloni aſcripti:rebuſq; haud proſperis bello:domeſtica quies:quam tribunorum militum ex plebe
gratia maieſtaſq; inter ſuos obtinuit:ſolatium fuit. Inſequentis anni principia ſtatim ſeditione genti
arſere: tribunis militum conſulari poteſtate. Sp. Furio. Qu. Seruilio. ii. Licinio Menenio. iii. P. Cloelio
M. Horatio. L. Geganio. Erat autem & materia & cauſa ſeditionis æs alienum:cuius noſcendi gratia.
Sp. Seruilius Priſcus. Qu. Cloelius Siculus cenſores facti:ne rem agerent bello impediti ſunt: nanque
trepidi nuncii primo: fuga deinde ex agris legiones uolſcorum ingreſſas fines:pupolariq; paſſim ro/
manũ agrum attulere. In qua trepidatione tantum abfuit:ut ciuilia certamina terror externus cohibe
ret:ut cõtra eo inſolentior tribunitia poteſtas impediendo delectui eſſet:donec conditiones impoſitæ
patribus:nequis:quoad bellatum eſſet tributum daret:aut ius de pecunia credita diceret:eo laxamen/
to plebis ſumpto:mora delectui nõ eſt facta. Legionibus nouis ſcriptis placuit duos exercitus in agrũ
uolſcum legionibus diuiſis duci. Sp. Furius. M. Horatius dextrorſus maritimam oram atq; Antium.
Qu. Seruilius:&. M. Geganius leua ad montes Ecetrã pergunt. Neutra parte hoſtis fuit obuius popu/
lationq; non illi uagæ ſimilis:q uolſcus latrocinii more diſcordia hoſtium fretus & uirtutem metuens
per trepidationem raptim fecerat:ſed ab iuſto exercitu iuſta ira facta:ſpatio quoq; temporis grauior
quippe a uolſcis timentibus ne interim exercitus ab Roma exiret: incurſiones in extrema finium fa/
ctæ erant: romano contra etiã in hoſtico commorandi cauſa erat:ut hoſtem ad certamen alliceret. Ita
omnibus paſſim tectis agrorum uiciſq; etiam quibuſdam exuſtis:non arbore frugifera:nõ ſatis in ſpẽ
frugum relictis omni:quæ extra mœnia fuit hominum pecudumq; præda abacta. Romam utrique
reducti exercitus paruo interuallo ad reſpirandum debitoribus dato. Poſteaq̃ quietæ res ab hoſtibus
erant:celebrari de integro iuriſdictio:& tantum abeſſe ſpes ueteris leuandi fœnoris:ut tributo nouum
fœnus cõtraheret ĩ murũ a cẽſoribus locatũ ſaxo quadrato faciũdũ cui ſubcũbere oneri coacta plebes
quia quem delectum impedirent:non habebant tribuni plebis:tribunos etiã militares patritios om/
nis coacta principum opibus fecit. L. Aemylium. P. Valerium. quart. C. Veturium: Seruium Sulpiciũ
L. & C. Quĩtios Cĩcinatos. Iiſdem opibus obtinuere ut aduerſus latios uolſcoſq;:q coniunctis legioni
bus ad Satricum caſtra habebant:nullo ĩpediente:oĩbus iunioribus ſacramento adactis:tres exercitus
ſcriberent:unum ad præſidium urbis:alterum:q ſiqui alibi motus extitiſſet:ad ſubita bella mitti poſ/
ſet:tertium longe ualidiſſimum. P. Valerius & L. Aemylius ad Satricum duxere:ubi cum aciem iſtru
ctam hoſtium loco equo ĩueniſſent:extẽplo pugnatum:& ut nõdum ſatis claram uictoriam:ſic pſpe/
ræ rei pugnam ĩber ĩgentibus procellis fuſus diremit. Poſtero die iterata pugna:& aliquandiu æqua
uirtute fortunaq; latinæ maxime legiones longa ſocietate militiam romanam edoctæ reſtabãt: eques
ĩmiſſus ordines turbauit:turbatis ſigna peditum illata:quantumq; romana ſe ĩuexit acies:tantum ho/
ſtes gradu demoti:& ut ſemel inclinauit pugna:iam intolerabilis romana uis erat:fuſi hoſtes cum Sa/
tricum:quod duobus millibus ĩde aberat. non caſtra peterent:ab equite maxime cæſi caſtra capta dire

ptaqꝫ. Ab Satrico noctæ:quæ prælio proxima fuit fugæ:ſimili agmine petunt. Antium:& cum roma
nus exercitus prope ĩ ueſtigiis ſequeretur:plus tamen timor: q̃ ira celeritatis habuit:prius. Itaqꝫ mœ/
nia ĩtrauere hoſtes q̃ romanus extrema agminis capere:aut morari poſſet. Inde aliquot dies uaſtando
agro aſſumpti:nec romanis ſatis ĩſtructis apparatu bellico ad mœnia aggrediẽda nec illis ad ſubeundũ
pugnæ caſum. Seditio tum inter antiates latinoſqꝫ coorta: cum antiates uicti malis ſubactiqꝫ bello in
quo & nati erãt & cõſenuerant:deditionem ſpectarẽt:latinos ex diutina pace noua defectio recentibus
adhuc aĩs ferotiores ad ꝑſeuerandũ in bello faceret:finis certaminis fuit:poſteaq̃ utriuſqꝫ apparuit ni/
hil per alteros ſtare:quo minus incepta ꝑſequerent̃. Latini ꝓfecti ab ſocietate pacis:ut rebant̃ inhone/
ſte ſeſe uindicauerũt. Antiates:incõmodis arbitris ſalutariũ conſilioꝝ remotis:urbẽ agroſqꝫ romanis
dedunt. Ita & rabies latinoꝝ:quia nec romanos bello lædere:nec uolſcos in agris retinere potuerant
Satricũ concre/matur eo erupit:ut Satricũ urbẽ:quæ receptaculũ primũ eis aduerſæ pugnæ fuerat:igni cõcremarẽt:nec aliud
tectum eius ſuperfuit urbis: cum faces pariter ſacris ꝓfaniſqꝫ iniiecerẽt:q̃ matris Matutæ templũ:in/
de eos non ſua religio:nec uerecundia deum arcuiſſe dicit̃: ſed uox horrenda edita templo cum triſti/
bus minis:ni nefandos ignes procul delubris amouiſſent. Incenſos ea rabie ĩpetus Tuſculum tulit:ob
iram qđ deſerto cõmuni cõſilio latinoꝝ:non in ſocietatẽ modo romanã:ſed etiã in ciuitatem ſe dediſ/
ſent: patentibus portis: cum ĩprouiſo incidiſſent: primo clamore oppidũ præter arcem captũ:ẽ ĩ arcẽ
oppidani refugere cum coniugibus ac liberis:nuncioſqꝫ Romam:qui certiorem de ſuo caſu ſenatum
facerent:miſere. Haud ſegnius:q̃ fide populi romani dignum fuit:exercitus Tuſculum ductus. L. Quĩ/
tius:& Seruilius Sulpitius tribuni militum duxere:clauſas portas Tuſculi latinoſqꝫ ſimul obſidẽtium
atqꝫ obſeſſorum animo hinc mœnia tueri uident:illinc arcem oppugnare:terrere una ac pauere. Ad/
uentus romanorum mutauerat utriuſqꝫ partis animos:tuſculanos ex ingenti metu ĩ ſummam alacri/
tatem:latinos ex prope certa fiducia mox capiẽdæ arcis:quoniam oppido potirent̃:in exiguã de ſe ĩpis
ſpem uerterat. Tollit̃ ex arce clamor ab tuſculanis:excipit̃ aliquãto maior ab exercitu romano utrinqꝫ
Latioꝝ clades urgentur latini:nec impetus tuſculanorũ decurrẽtium ex ſupiore loco ſuſtinẽt:nec romanos ſubeũtes
mœnia molienteſqꝫ obiices portarum arcere poſſunt:ſcalis prius mœnia capta:ĩde effracta clauſtra por
tarum:& cum anceps hoſtis:& a frõte & a tergo urgeret:nec ad pugnã ulla uis:nec ad fugam loci quic/
quam ſupereſſet:in medio cæſi ad unum omnes. Recuperato ab hoſtibus Tuſculo:exercitus Romam
eſt reductus. Quanto magis ꝓſperis eo anno bellis tranquilla omnia foris erãt tanto in urbe uis patrũ
in dies miſeriæqꝫ plebis creſcebant:cum eo ipſo:quod neceſſe erat ſolui:facultas ſoluendi impediretur.
Itaqꝫ cum ex re iam nihil dari poſſet fama & corpore iudicati atqꝫ addicti creditoribus ſatiſfaciebant:
pœnaqꝫ ĩuicem fidei ceſſerat. Adeo ergo obnoxios ſummiſerãt aĩos nõ ĩfimi ſolũ:ſed prĩcipes ẽt plebis
ut nõ mõ ad tribunatũ militum ĩter patritios petẽdum:qđ tãta ui:ut liceret:tetẽderãt:ſed ne ad plebe/
ios qdem mḡr̃atus capeſſendos:petẽdoſqꝫ ulli uiro acri experiẽtiqꝫ aĩus eẽt:poſſeſſionẽqꝫ honoris uſur
pati mõ a plebe ꝑ paucos annos recupaſſe ĩ ꝑpetuum p̃res uiderent̃. Ne id nimiũ lætũ parti alteri eẽt:
M. Fa/bii ãbu/ſti nata/rũ alte/ra patri/cio alte/ra plebe/io nup/ſit parua:ut plerũqꝫ ſolet rem ĩgentem moliũdi cã ĩteruenit. M. Fabii ambuſti potẽtis uiri:tũ ĩter ſui cor/
poris hoĩes tum ẽt ad plebem:qđ haud quaq̃ ĩter id genus contẽptor eius habebatur filiæ duæ nuptæ
Ser. Sulpicio maior minor. C. Licinio Stoloni erãt illuſtri qdem uiro:ſed tamẽ plebeio:eaqꝫ ipſa affini/
tas haud ſpreta gratiam Fabio ad uulgus quæſierat. Forte ita incidit:ut ĩ Ser. Sulpicii tribuni militum
domo ſorores Fabiæ cum ĩter ſe:ut fit:ſermonibus tempus tererent: lictor Sulpicii:cum is de foro ſe
domum reciperet:forem:ut mos eſt:uirga percuteret:cum ad id moris eius inſueta expauiſſet minor
Fabia:riſui ſorori fuit mirãti ignorare id ſororem. Cæterum is riſus ſtimulos paruis mobili rebus aĩo
muliebri ſubdidit:frequẽtia quoqꝫ ꝓſequentium rogãtiumqꝫ nunqd uellet:credo fortunatũ mr̃imo/
niũ ei ſororis uiſum:ſuiqꝫ ĩpam malo abitrio:quo a ꝓximis qſqꝫ minime ãteiri uult:pœnituiſſe. Con/
fuſam eã ex recenti morſu animi cum pater forte uidiſſet:percunctatus ſatin ſalue?auertẽtem cãm do
loris qppe nec ſatis piam aduerſus ſororem:nec admodum ĩ uiꝝ honorificam elicuit comiter ſciſcitã
do:ut fateret̃:eam eſſe cauſam doloris:qđ iuncta eſſet ĩpari:nupta in domo q̃ nec honos:nec gr̃a ĩtrare
poſſet cõſolans ĩde filiam Ambuſtus bonum aĩum habere iuſſit:eoſdem ꝓpediem domi uiſuram ho
nores:quos apud ſororem uiderat. Inde cõſilia inire cũ genero cœpit:adhibito. L. Sextio ſtrenuo adole
ſcente: & cuius ſpei nihil p̃ter genus patritiũ deeſſet. Occaſio uidebat̃ reꝝ nouandaꝝ ꝓpter ĩgentem
uim æris alieni:cuius leuamen mali plebes niſi ſuis in ſummo ĩperio locatis nullum ſperaret:accingẽ/
dum ad eam cogitationem eſſe conãdo agendoqꝫ:Iam eo gradum feciſſe plebeios:unde ſi porro anni/
tant̃ ꝑuenire ad ſumma:& patribus æquari tam honore:q̃ uirtute poſſent:in præſentia tribunos ple/
bis fieri placuit:quo in magiſtratu ſibimet ipſi uiam ad cæteros honores aperirẽt creati tribuni. C. Li/
cinius:& L. Sextius promulgauere leges omnes aduerſus opes patritioꝝ & ꝓ commodis plebis: unã
de ære alieno:ut deducto eo de capite:qđ uſuris pernumeratum eẽt id qđ ſupeſſet:triẽnio æqs portio/
nibus ꝓſolueret̃:alteram de modo agroꝝ:neqs plus qngẽta iugera agri poſſideret:tertiã:ne tribunoꝝ
militum comitia fierent cõſulũqꝫ utiqꝫ alter ex plebe crearet̃:cuncta ĩgentia:& quæ ſine certamĩe ma
ximo obtineri non poſſent. Oĩum igit̃ ſimul reꝝ quaꝝ ĩmodica cupido inter mortales eſt:agri pecu/
niæ honorum diſcrimine ꝓpoſito:conterriti patres cum trepidaſſent publicis priuatiſqꝫ cõſiliis:nul/
Att̃ tri/bũitias leges lo remedio alio p̃ter expertam multis iam ante certaminibus ĩterceſſionem:collegas aduerſus tribu/
nitias rogationes comparauerunt:qui ubi tribus ad ſuffragium ineũdum citari a Licinio Sextioqꝫ ui/
derũt ſtipati patrum ꝑſidiis:nec recitari rogationes:nec ſolemnẽ quicq̃ aliud aſciſcendũ plebi fieri paſ/

ſi ſunt. Iá fruſtra ſæpe cõſilio aduocato:cũ ꝓ antiquatis rogationes eẽnt:bene habet:inqt Sextius:qdoq/
dem ĩterceſſioné pollere placet:iſto ipſo tælo tutabimur plebẽ:agite dum comitia indicite patres tribu
nis militũ creãdis:faxo ne iuuet uox iſta uero:qua nũc concinentes collegas noſtros tá læti auditis. Ha/
ud irritæ cecidere minæ:comitia præter ædilium tribunorumq; plebis nulla ſunt habita. Licinius Sex
tiuſq; tribũi plebis refecti:nullos curules magiſtratus creari paſſi ſunt:eaq; magiſtratuũ ſolitudo & ple
be reficiente duos tribunos:& his comitia tribunorum militum tollẽtibus per quiquennium urbẽ te
nuit. Alia bella optime quieuerunt:Veliterni coloni geſtientes ocio:quod nullus exercitus romanus eſ/
ſet:& agrũ romanũ aliquotiens ĩcurſauere:& Tuſculũ oppugnare adorti ſunt:eaq; res tuſculanis uete/
ribus ſociis nouis ciuibus opem orantibus:uerecundia maxime non patres modo:ſed etiá plebem mo
uit remittentibus tribunis plebis comitia per interregem ſunt habita:creatiq; tribuni militum. L. Fu/
rius. A. Manlius. Ser. Sulpicius. Ser. Cornelius. A. & C. Valerii haud q̃q̃ tam obedientem ĩ delectu:q̃ in
comitiis plebem habuere:ingentiq; cõtentiõe exercitu ſcripto ꝓfecti:nõ ab Tuſculo modo ſubmoue/
re hoſtem:ſed ĩtra ſua metipſum mœnia cõpulere:obſidebanturq; haud paulo ui maiore Velitræ quá
Tuſculũ obſeſſum fuerat:nec tamẽ ab eis:a quibus obſideri cœptæ erant:expugnari potuere. Ante no/
ui creati ſunt tribuni militum. Q. Seruilius. C. Veturius. M. Aulus : & M. Cornelius. Q. Quintius. M.
Fabius:nihil ab his quidem tribunis ad Velitras factum memorabile. In maiore diſcrimine res domi
uertebantur:nam p̃ter Sextiũ Liciniũq; latores legum iam. VIII. tribunos plebis refectos:Fabius quo/
que tribunus militũ Stolonis ſocer quaꝝ:legum auctor fuerat:eaꝝ ſuaſorem ſe haud dubium ferebat
& cũ octo ex collegio tri. ple. primo ĩterceſſores legũ fuiſſent:qnq; ſoli erát:& ut ferme ſolent:q a ſuis de
ſiſcunt capti & ſtupentes animi uocibus alienis id modo:qđ domi p̃ceptum erat:ĩterceſſioni ſuæ p̃ten/
debant. Velitris ĩ exercitu plebis magná partẽ eſſe:in aduentũ militũ comitia deferri debere:ut uniuer/
ſa plebs de ſuis cõmodis ſuffragiũ ferret. Sextius Liciniuſq; cũ parte collegaꝝ:& uno ex tribunis militũ — Octauo Sextius & licinius ſtolo refecti tri. ple.
Fabio artifices iá tot annoꝝ uſu tractãdi aĩos plebis:primores patrũ ꝓductos ĩterrogando de ſingulis:
quæ ferebant ad populũ:fatigabãt:auderẽt ne poſtulare:ut cum bina iugera agri plebi diuiderent:ipſis
plus qngenta iugera habere liceret?ut ſinguli ꝓpe trecẽtoꝝ ciuiũ poſſiderẽt agros plebeio homini uix
ad tectum neceſſarium aut locũ ſepulturæ ſuus pateret ager?an placeret fœnore circũuentá plebem:ni
potius:quá ſorté creditá ſoluat:corpus ĩ neruum ac ſupplicia dare?& gregatim quottidie de foro addi/
ctos duci:& repleri uinctis nobiles domos:& ubicunq; patricius habitet:ibi carceré priuatũ eẽ? Hæc
indigna miſerãdaq; auditu cũ apud timẽtes ſibimetipſis maiore audiẽtiũ indignatiõe quá ſua ĩcrepuiſ
ſent:atqui nec agros occupãdi modũ:fœnore trucidandi plebem aliũ patribus unq̃ fore affirmabãt:ni/
ſi alterum ex plebe conſulé cuſtodé ſuæ libertatis plebs feciſſet:contemni iá tribunos plebis:qppe quæ
poteſtas iá ſuam ipſa uim frangat intercedendo:nõ poſſe æquo iure agi:ubi ĩperiũ penes illos:penes ſe
auxiliũ tãtũ ſit:niſi ĩperio cõmunicato:nũq̃ ĩ parte plebem pari rei publicæ fore:nec eſſe qđ quiſq̃ ſatis
putet:ſi plebeioꝝ ratio comitiis cõſularibus habeat:niſi alteꝝ conſulé utiq; ex plebe fieri neceſſe ſit:ne
minem fore. An iam memoria exiſſe cũ tribunos militum idcirco potius quá cõſules creari placuiſſet:
ut & plebeiis pateret ſummus honos. iiii. & xl. annis neminem ex plebe tribunũ militum creatum eẽ?
qui crederẽt duobus ne ĩ locis ſua uolũtate ĩpertituros plebi honoré:q octona loca tribunis militũ creã
dis occupare ſoliti ſint?& ad cõſulatũ uiá fieri paſſuros:q tribunatũ ſeptũ tãdiu habuerit?lege obtinen
dum eẽ:qđ comitiis ꝑ gr̃iam nequeat:& ſeponẽdũ extra certamẽ alteꝝ cõſulatũ:ad qué plebi ſit aditus
quoniá ĩ certamĩe relictus:p̃miũ ſemꝑ potẽtioris futuꝝ ſit:nec iá poſſe dici id qđ iá antea iactare ſoliti
ſint:nõ eẽ ĩ plebeiis idoneos uiros ad curules magiſtratus:nunqd. n. ſecordius:aut ſegnius reſpu. admi/
niſtrari põt poſt. P. Licinii Calui tribunatũ:q primus ex plebe creatus ſit:quá per eos ãnos geſta ſit: qui
bus p̃ter patricios nemo tribunus militũ fuerit?qn cõtra patricios aliquot dãnatos poſt tribunatũ ne/
miné plebeiũ:q̃ſtores:quoq;:ſicut tribunos militũ paucis ante annis ex plebe cœptos creari : nec ullius
eorum Po. Ro. pœnituiſſe:cõſulatũ ſupeſſe plebeiis:eá eẽ arcé libertatis:id columen:ſi eo ꝑuentũ ſit:tũ
Populũ Romanũ uere exactos ex urbe reges:& ſtabilé libertaté ſuam exiſtimaturũ:quippe ex illa die ĩ
plebem uentura omnia qbus patricii excellãt:imperiũ:atq; honorem gloriá belli genus nobilitaté:ma/
gna ipſis fruenda:maiora liberis reliquenda. Huius generis oratiões:ubi accipi uidere:nouam rogatio/ — Att. uehemẽté Tri. ple. actioné
nem promulgant:ut pro diuini iuris ſacris faciundis decẽuiri creentur:ita ut pars ex plebe:pars ex patri
bus fiat:omniumq; earum rogationum comitia in aduentum eius exercitus differũt:qui Velitras ob/
ſidebat. Prius circũactus eſt annus:quá a Velitris reducerentur legiones ita ſuſpẽſa de legibus res ad no
uos tribunos militum dilata. Nam plebis tribunos eoſdem duos utiq;:quia legũ latores erãt:plebes re/
ficiebat:tribuni militũ creati. T. Quintius. Ser. Cornelius. Ser. Sulpicius. Sp. Seruilius. L. Papyrius. L. Ve
turius. Principio ſtatim anni ad ultimam dimicationé de legibus uentũ:& cũ tribus uocarentur:nec in
terceſſio collegaꝝ latoribus obſtaret:trepidi patres ad duo ultima auxilia ſummũ imperiũ: ſummũq;
ad ciuem decurrunt:dictatorem dici placet:dicitur. M. Furius Camillus : qui magiſtrum equitum. L.
Aemylium cooptat. Legum quoq; latores aduerſus tantũ apparatũ aduerſarioꝝ:& ipſi cauſam plebis
ingentibus animis armant:conſilioq; plebis indicto tribus ad ſuffragium uocant : cum dictator ſtipa/
tus agmine patriciorum plenus iræ minarũq; conſediſſet:atq; ageretur res ſolito primum certamĩe in
ter ſe tribunorum plebis ferentiũ legem intercedentiumq;:& quanto iure potentior interceſſio erat:tã
tum uinceretur fauore legũ ipſarũ:latorumq; & uti rogationes primæ tribus dicerẽt. Tum Camillus
quandoquidẽ:inquit:qrites iá uos tribunitia libido poteſtas regit:& ĩterceſſioné ſeceſſione quõdá ple/

Res pu. ſine curulibus mgr̃atibus

bis partam uobis eadem ui facitis irritá:qua peperiſtis:nõ reipu.magis uniuerſæ:quã ueſtra cauſa dicta
tor interceſſioni adero:euerſumqꝫ ueſtrũ auxilium imperio tutabor:itaqꝫ ſi.C.Licinius:&.L.Sextius í/
terceſſioni collegaꝝ cedunt:nihil patricium magiſtratum inſerã conſilio plebis:ſi aduerſus interceſſio
nem tanq̃ captæ ciuitati leges imponere tẽdent:uim tribuniciam a ſe ipſa diſſolui nõ patiar. Aduerſus

Cedit Camil/lus di/ctator tribuni/ciæ ꝑti/naciæ

ea cũ contempti tribuni plebis rem nihilo ſegnius ꝑagerent:tũ percitus ira Camillus lictores:q de me/
dio plebẽ emoueret:miſit:& addidit minas:ſi ꝑgerent:ſacramento oẽs iuniores adactuꝝ: exercitumqꝫ
extẽplo ex urbe eductuꝝ.Terrorẽ ingentẽ incuſſerat plebi:ducibus plebis accẽdit magis certamĩe aĩos:
quã minuit:ſed re neutro ĩclinata magiſtratu ſe abdicauit:ſeu qa uitio creatus erat:ut ſcripſere quidam
ſeu qa tribuni plebis tulerũt ad plebẽ:idqꝫ plebs ſciuit:ut ſi.M.Furius ꝓ dictatore qd egiſſet:quingẽtũ/
milliũ æris mulcta eſſet.Sed auſpiciis magis:quã noui exempli rogatione deterritũ:tum ipſius uiri fa/
cit ingeniũ:tum quod ei ſuffectus eſt extemplo.P.Manlius dictator:quẽ quid creari attinebat ad id cer
tamen:quo.M.Furius eſſet:& quod eũdem.M.Furium dictatorem ĩſequens annus habuit:haud ſine
pudore certe fractum priore anno in ſe imperiũ repetituꝝ:ſimul quod eo tẽpore:quo promulgatũ de
mulcta eius traditur:aut & huic rogationi.qua ſe ĩ ordinẽ cogi uidebat:obſiſtere potuit:aut ne illas qui
dem ꝑꝑ quas:& hæc lata erat:impedire:& quod uſqꝫ ad memoriã noſtram tribuniciis cõſularibuſque
certatum uiribus eſt:dictaturæ ſemꝑ altius faſtigiũ fuit.Inter priorẽ dictaturã abdicatã:nouãqꝫ a Man
lio initam:ab tribunis uelut per ĩterregnũ cõſilio plebis habito:apparuit quæ ex ꝓmulgatis plebi:quæ
latoribus gratiora eſſent:nam de fœnore atqꝫ agro rogationes iubebant:de plebeio conſulatu antiqua/
bant:& perfecta utraqꝫ res eſſet:ni tribuni ſe in ꝯoĩa ſimul conſulere plebem dixiſſent.P.Manlius deĩde
dictator rẽ in cauſam plebis ĩclinauit.C.Licinio:qui tribunus militum fuerat: magiſtro equitũ de ple/

C.Lici/nius de plebe magi/ſter eq/tũ di/ctus

be dicto.Id ægre paſſos patres accipio:dictatorem propinqua cognatione Licinii ſe apud patres excuſa/
re ſolitũ:ſimul negantem magiſtri equitũ maius:quam tribuni cõſularis ĩperiũ eſſe.Licinius Sextiuſqꝫ
cum tribunorũ plebis creandorũ ĩdicta comitia eẽnt:ita ſe gerere:ut negãdo iã ſibi uelle cõtinuare ho/
norẽ:acerrime accenderẽt ad id:qđ diſſimulãdo petebant:plebẽ.Nouũ ſe annũ iam uelut ĩ aciem aduer
ſus optimates maximo priuatim ꝑiculo:nullo publico emolumento ſtare:conſenuiſſe iam ſecũ:& ro/
gationes promulgatas:& uim oẽm tribuniciæ poteſtatis:primo ĩterceſſione collegaꝝ ĩ leges ſuas pu/
gnatum eſſe:deĩde ablegatione iuuẽtutis ad ueliternũ bellũ:poſtremo dictatoriũ fulmen ĩ ſe ĩtempta/
tum:iam nec collegas:nec bellũ:nec dictatorẽ obſtare:quippe qui ẽt omen plebeio conſuli:magiſtro eq
tum ex plebe dicendo dederit:ſeipſam plebem & cõmoda morari ſua:liberam urbẽ ac foꝝ a creditori/
bus:liberos agros ab iniuſtis poſſeſſoribus:extemplo ſi uelit habere poſſe:Quæ munera quãdo tandẽ
ſatis grato aĩo æſtimaturos:ſi ĩter accipiẽdas de ſuis cõmodis rogationes ſpem honoris latoribus eaꝝ
incidant?nõ eſſe modeſtiæ Po.Ro.id poſtulare:ut ipſe fœnore leuet̃:& ĩ agrum iniuria poſſeſſum a po
tentibus ĩducat̃:per quos ea conſecutus ſit:ſenes tribunicios nõ ſine honore tãtum:ſed ẽt ſine ſpe hono
ris relĩquat.Proĩde ipſi primum ſtatuerent apud animos qd uellent:deĩde comitiis tribuniciis declara/
rent uoluntatẽ:ſi coniunctim ferre ab ſe promulgatas rogationes uellẽt:eſſe quod eoſdem reficerẽt tri/
bunos plebis:ꝑlaturos.n.quæ promulgauerĩt:ſin quod cuiqꝫ priuatim opus ſit:id modo accipi uelint:
opus eſſe nihil ĩuidioſa continuatione honoris:nec ſe tribunatum:nec illos ea:quæ ꝓmulgata ſint:ha/
bituros.Aduerſus tam obſtinatã orationẽ tribunoꝝ cũ præ ĩdignitate reꝝ ſtupor ſilentiũqꝫ ĩde cæte/

Ap.Claudii oratio

ros patrũ defixiſſet.Ap.Claudius Craſſus nepos decẽuiri dicitur odio magis iraqꝫ:quã ſpe ad diſſuadẽ/
dum ꝓceſſiſſe:& locutus ĩ hanc ſñiam eſſe.Neqꝫ nouũ:neqꝫ ĩopinatũ mihi ſit quirites:ſi qđ unũ fami/
liæ noſtræ ſemꝑ obiectũ ẽ ab ſeditioſis tribunis:id nũc ego quoqꝫ audiã:claudiæ gẽtis iam ĩde ab initio
nil antiquius ĩ rep.patrũ maieſtate fuiſſe:ſemꝑ plebis cõmodis aduerſatos eſſe:quoꝝ alteꝝ neqꝫ nego:
neqꝫ ĩficias eo:nos ex quo aſciti ſumus ſimul ĩ ciuitatem & patres enixe operã dediſſe:ut per nos aucta
potius:quã ĩminuta maieſtas eaꝝ gentiũ:ĩter quas nos eẽ uoluiſtis:dici uere poſſet:illud alteꝝ pro me
maioribuſqꝫ meis cõtẽdere auſum q̃rites:niſi q̃ ꝓ uniuerſa rep.fiãt:ea plebi tãq̃ aliã ĩcolẽti urbẽ aduerſa
quis putet:nihil nos neqꝫ priuatos:neqꝫ ĩ mg̃ratibus:qđ ĩcõmodũ plebi eẽt:ſciẽtes feciſſe:nec ullũ factũ
dictumue noſtrũ cõtra utilitatẽ ueſtrã:& ſi quædã cõtra uoluntatẽ fuerint:uere referri poſſe.An hoc ſi
claudiæ familiæ nõ ſim:nec ex patricio ſanguĩe ortus:ſed unus q̃ritiũ q̃libet:q modo me duobus inge/
nuis ortũ & uiuere ĩ libera ciuitate ſciam:reticere poſſum.L.illũ Sextiũ.&.C.Liciniũ ꝑpetuos:ſi diis pla
cet.tribunos:tantũ licẽtiæ nouẽ annis:q̃bus regnãt:ſumpſiſſe:ut uobis negent poteſtatẽ liberam ſuffra
gii nõ ĩ comitiis non ĩ legibus iubendis permiſſuros eſſe?ſub condicione:ĩquit:nõ reficietis decimũ tri
bunos:quid eſt aliud dicere?quod petũt alii nos adeo faſtidimus:ut ſine mercede magna non accipie/

Atť.ue/hemẽtẽ ĩ tri.ple. orõnẽ

mus:ſed quæ tandem iſta merces eſt:qua uos ſemper tribunos plebis habeamus:ut rogationes: ĩquit:
noſtras:ſeu placent:ſeu diſplicẽt:ſeu utiles:ſeu inutiles ſunt:oẽs coniũctim accipiatis.Obſecro uos Tar/
quinii tribuni plebis putate me ex media concione unũ ciuem ſucclamare:bona uenia ur̃a liceat ex his
rogationibus legere:quas ſalubres nobis cenſemus eſſe:antiquare alias:non ĩuuit:licebit tu de fœnore:
atqꝫ agris:quod ad uos oẽs pertinet:iubeas:& hoc portenti non fiat ĩ urbe romana:uti illum.L.Sextiũ:
atqꝫ hunc.C.Licinium cõſules:quod indignaris:quod abominaris:uideas:aut omnia accipe: aut nihil
fero:ut ſiquis ei:quẽ urgebat fames:uenenum ponat cum cybo:& aut abſtinere eo:quod uitale ſit: iu/
beat:aut mortiferum uitali admiſceat.Ergo ſi eſſet libera hæc ciuitas:non frequentes ſucclamaſſent:
abi hinc cum tribunatibus & rogationibus tuis?quid ſi tu non tuleris:quod commodũ ẽ populo acci/
pere:nemo erit:qui ferat illud?Siquis patricius:ſiquis:quod illi uolunt inuidioſius eẽ Claudius diceret

aut omnia accipe aut nihil fero:quis ũeſtrũ quirites ferret? nunq̃ ne uos res potius quam auctores ſpe/
ctabitis? ſed oĩa ſemper quæ magiſtratus ille diceret ſecundis auribus:quæ ab noſtrũ aliquo dicentur:
aduerſis accipietis? At hercule ſermo eſt minime ciuilis.Quid rogatio q̃lis eſt:q̃ a uobis indignant̃ an/
tiquatã? ſermoni q̃rites ſimillima:cõſules:inq̃t rogo ne uobis quos uelitis:facere liceat: an aliter rogat:
qui utiqꝫ alteꝝ ex plebe fieri conſulẽ iubet:nec duos patricios creãdi poteſtatem uobis permittit? Si ho
die bella ſi ſint:quale ethruſcũ fuit:cũ Porſena ianiculũ inſedit:quale gallicũ modo:cũ ꝑter capitolium
atqꝫ arcem oĩa hæc hoſtiũ erant:& cõſulatũ cũ hoc.M.Furio:& quolibet alio ex patribus.L.ille Sextius
peteret:poſſetis ne ferre Sextium haud ꝓ dubio cõſulem eẽ.Camillũ de repulſa dimicare? Hoccine eſt
in cõmune honores uocare:ut duos plebeios fieri cõſules liceat:duos patricios nõ liceat? & alteꝝ ex ple
be creari neceſſe ſit:utrunqꝫ ex p̃ribus ꝑterire liceat? Quænã iſta ſocietas:quænã conſortio eſt? paꝝ eſt
ſi cuius pars tua adhuc nulla fuit:ĩ partẽ eius uenis:niſi partẽ petendo totũ traxeris? timeo inq̃t:ne ſi du
os licebit creari patricios:neminẽ creetis plebeium.Quid ẽ aliud dicere:quia ĩdignos ueſtra uoluntate
creaturi nõ eſtis:neceſſitatem uobis creãdi:quos nõ uultis ĩponam? q̃d ſeq̃tur:niſi ut ne beneficiũ qui/
dem debeat populo:ſi cũ duobus patriciis unus petierit plebeius:& lege ſe non ſuffragio creatũ dicat?
Quomodo extorqueãt:non quomodo petant honores:q̃runt:& ita maxima ſunt adepturi:ut nihil ne
pro minimis q̃dẽ debeant:& occaſionibus potius:quã uirtute petere honores malunt.Eſt aliq̃s : qui ſe
inſpici:q eſtimari faſtidiat? qui certos ſibi uni honores inter dimicãtes cõpetitores æquum cenſeat eẽ?
qui ſe arbitrio ueſtro eximat? qui ueſtra neceſſaria ſuffragia pro uoluntariis:& ſerua pro liberis faciat?
omitto Licinium:Sextiũqꝫ:quoꝝ annos ĩ perpetua poteſtate tanq̃ regũ ĩ capitolio numeratis:quis ẽ ho
die in ciuitate tam humilis:cui non uia ad conſulatũ facilior per iſtius legis occaſionẽ:q̃ nobis ac liberis
noſtris fiat? ſiquidẽ nos ne cũ uolueritis quidẽ creare:interdũ poteritis:iſtos ẽt ſi nolueritis: neceſſe ſit.
De indignitate ſatis dictum eſt:& enim dignitas ad hominẽ pertinet:quid de religiõibus atqꝫ auſpiciis:
quæ propria deoꝝ ĩmortaliũ contẽptio atqꝫ iniuria ẽ:loquar auſpiciis:hanc urbẽ conditã eſſe: auſpiciis
bello & pace:domi militiæqꝫ oĩa geri:quis eſt:q ignoret? penes quos igitur ſunt auſpicia more maioꝝ?
nempe penes patres:nam plebeius quidẽ mg̃ratus nullus auſpicato creatur:nobis adeo ꝓpria ſunt au/
ſpicia:ut nõ ſolũ quos populus creat patricio magiſtratus non aliter:quã auſpicato creet:ſed nos quoqꝫ
ipſi ſine ſuffragio populi auſpicato interregem ꝓdamus:& priuatim auſpicia habeamus:quæ iſti ne in
magiſtratibus quidẽ habeant.Quid igit̃ aliud:quã tollit ex ciuitate auſpicia:q plebeios cõſules creãdo a
patribus q ſoli ea habere poſſunt:aufert? Eludãt nũc licet religiones:q̃d.n.eſt:ſi pulli nõ paſcent̃? ſi ex ca
uea tardius exierint? ſi occinuerit auis? parua ſunt hæc:ſed parua iſta nõ contemnendo maiores noſtri
maximã hanc rẽ fecerũt:nũc nos tanq̃ iam nihil pace deoꝝ opus ſit:oẽs cerimonias polluimus : uulgo
ergo põtifices:augures:ſacrificuli reges creent̃:cuilibet apicẽ dialẽ:dũmodo homo ſit:ĩponamus:trada
mus ancylia:penetralia:deos:deorũqꝫ curam:quibus nefas eſt:nõ leges auſpicato ferant̃:non magiſtra/
tus creent̃:nec centuriatis:nec curiatis comitiis patres auctores fiant.Sex.& Licinius tanq̃ Romulus:ac
Tatius in urbe romana regnent:quia pecunias alienas:quia agros dono dant:tanta dulcedo eſt ex alie/
nis fortunis p̃dandi:nec in mentẽ uenit altera lege ſolitudines uaſtas in agris fieri pellendo finibus do/
minos:altera fidẽ abrogari:cũ qua omnis humana ſocietas tollit̃.Omniũ rerũ cauſa uobis antiquãdas
cenſeo iſtas rogationes:quod faxitis:deos uelim fortunare.Oratio Ap.ad id modo ualuit:ut tẽpus roga
tionũ iubendaꝝ ꝓferret̃.Refecti decimũ iidẽ tribuni Sex.& Licinius:decẽuiris ſacroꝝ ex parte de ple/
be creãdis ꝑtulere:creati q̃nqꝫ patrũ q̃nqꝫ plebis:graduqꝫ eo iam uia facta ad cõſulatũ uidebat̃.Hac uicto
ria contenta plebes ceſſit p̃ribus:ut ꝑentia conſulũ mentione omiſſã tribuni militũ crearent̃ creati.A.
&.M.Cornelii:iteꝝ.M.Geganius.P.Manlius.L.Veturius.P.Valerius.vi.Cũ ꝑter Velitrarũ obſidionẽ:
tardi magis rẽ exitus:quã dubii:quietæ externæ res romanis eſſent:fama repens belli gallici allata ꝑpu
lit ciuitatem:ut.M.Furius dictator quint.diceretur:is.T.Quintiũ Penũ magiſtrũ equitum dixit.Bel/
latũ cũ gallis eo anno circa anienem flumen auctor eſt.Cincius:inclytamqꝫ ĩ ponte pugnã: qua.T.Man
lius gallũ:cũ quo ꝓuocatus manus cõſeruit:ĩ cõſpectu duoꝝ exercituũ cæſum torque ſpoliauit tũ pu/
gnatã.Pluribus auctoribus magis adducor:ut credã decẽ haud minus poſt annos ea acta:hoc aũt anno
in albano agro cũ gallis dictatore.M.Furio ſigna collata:nec dubia:nec difficilis romanis:q̃q̃ ĩgentẽ gal/
li terorẽ memoria priſtinæ cladis attulerãt:uictoria fuit:multa millia barbaroꝝ ĩ acie:multa captis ca/
ſtris cæſa:palati alii Appuliã maxĩe petẽtes cum fuga ſe lõgĩqua:tũ q̃d paſſim eos ſimul pauor terrorqꝫ
diſtulerãt:ab hoſte ſeſe tutati ſunt.Dictatori cõſenſu patrũ plebiſqꝫ triũphus decretus . Vix dũ perfun/
ctum eũ bello:atrocior domi ſeditio excepit:& ꝑ ĩgentia certamĩa dictator ſenatuſqꝫ uictus:ut rogatio
nes tribuniciæ acciperent̃:& comitia cõſulũ aduerſa nobilitate habita:quibus.L.Sex.de plebe primus
conſul factus.Et ĩ his quidẽ finis certaminum fuit:q̃a patricii ſe auctores futuros negabãt : prope ſeceſ/
ſionẽ plebis res terribileſqꝫ minas alias ciuilium certaminum uenit:cum tamẽ per dictatorẽ cõdicioni/
bus ſedatæ diſcordiæ ſunt:conceſſumqꝫ ab nobilitate plebi de cõſule plebeio:a plebe nobilitati de præ
tore uno:qui ius ĩ urbe diceret ex p̃ribus creando.Ita ab diutina ira tandẽ ĩ cõcordiam redactis ordini/
bus:cum dignam eam rẽ ſenatus cenſeret eſſe:meritoqꝫ id ſi quãdo unquam alias demũ immortaliũ
cauſa libẽter facturos fore:ut ludi maximi fierẽt:& dies unus ad triduũ adiiceretur:recuſantibus id mu
nus ædilibus plebis:cõclamatũ a patriciis eſt iuuenibus ſe id honoris deoꝝ ĩmortalium cauſa libenter
acturos:ut ædiles fierent:quibus cũ uniuerſis gratiæ actæ eſſent:factũ ſenatuſcõſultum:ut duos uiros
ædiles ex patribus dictator populum rogaret:patres auctores omnibus eius anni comitiis fierent.

Quo pacto auſpicia dicant̃ eẽ apud p̃tricios

Bellũ gallicũ

Vide ne cicius ſit legẽdũ quẽ ſæpe liuiſ citat.

L. Sextiuſ de plebe priuſ conſul.

P̃tætor unus ex ordine p̃tricio

PRIMAE DECADIS

# TITI LIVII PATAVINI HISTORICI AB VRBE CONDITA LIBER SEPTIMVS.

Aedileſ duo pa/ tritii Prius p̃ tor pmi Aediles

ANNVS HIC Erit inſignis noui hominis conſulatu:inſignis nouis duo/
bus magiſtratibus prætura & curuli ædilitate:hos ſibi patricii q̄ſiuere ho
nores pro conceſſo plebi altero conſulatu: Plebes conſulatum.L.Sextio:
cuius lege partus erat:dedit.Patres præturam.Sp.Furio.M.filio Camil/
lo:Aedilitatem Gn.Quintio Capitolino:&.P.Cornelio Scipiōi ſuarum
gentium uiris:gratia cāpeſtri ceperunt.L.Sextio collega ex patribus da/
tus.L.Aemylius Mamercus.Pricipio anni & de gallis:quos primo pala/
tos per Appuliā congregari iā fama erat:& hernicorū defectione agitata
mentio.Cū de induſtria oīa:neq̄d per plebeiū cōſulē ageretur: ꝓferrenť:
ſilentium oīum reꝝ ac iuſtitio ſimile otium fuit:niſi qđ nō patiētibus ta
citum tribunis:ꝓ conſule uno plebeio tres patricios magiſtratus curuli/
bus ſellis p̃textatos tanq̄cōſules ſedentes nobilitas ſibi ſumpſiſſet: p̃toré
quidē ēt iura reddentē:& collegā cōſulibus atq; iiſdē auſpiciis creatū. Ve
recundia inde īpoſita ē ſenatui ex p̄ribus iubēdi ædiles curules creari:primo ut alternis annis ex plebe
fierēt cōuenerat:poſtea ꝓmiſcuū fuit:Inde.L.Genutio:&.Q.Seruilio cōſulibus:& ab ſeditiōe:& a bel/
lo qetis rebus:neq̄do a mētu ac p̄iculis uacarēt peſtilētia īgēs orta:cēſorē:ædilē curulē:tres tribunos ple
bis mortuos ferūt:ꝓ portione & ex multitudīe alia multa funera fuiſſe:maximeq; eā peſtilētiā inſignē
mors quā matura tā acerba.M.Furii fecit:fuit.n.uere uir unicus ī omni fortuna prīceps pace belloque:

M.Furi uſcamil lus mo ritur Ludi ſcænici

priuſq̄ exulatū iret:clarior ī exilio uel deſyderio ciuitatis:q̄ capta abſentis īplorauit opem:uel felicitate:
qua reſtitutus ī p̄riam:ſecū p̄riam īp̄e reſtituit:par deīde p̄ qnq; &.xxx.annos:tot.n.poſtea uixit:titulo
tantæ gloriæ fuit:dignuſq; habitus:quē ſecūdū a Romulo cōditorē urbis romanæ ferrēt.Et hoc & īſe
quenti anno.T.Sulpicio Potito.C.Licinio Stolone cōſulibus peſtilētia fuit:eo nihil dignum memoria
actū:niſi qđ pacis deū expoſcēdæ cā tertio tū poſt conditā urbē lectiſterniū fuit:& cū uis morbi nec hu/
manis cōſiliis:nec ope diuina lauareť:uictis ſup̄ſtitione aīs:ludi quoq; ſcænici noua res bellicoſo popu/
lo:nā circi modo ſpectaculū fuerat:īter alia cæleſtis iræ placamina īſtituti dicunť.Cæteꝝ parua quoq;:
ut ferme prīcipia oīa:& ea ipſa p̄egrina res fuit:ſine certamīe ullo:ſine imitandoꝝ carminū actu:ludio/
nes ex Ethruria acciti ad tibicinis modos ſaltātes haud īdecoros motus more tuſco dabāt:imitari dei/
de eos iuuētus ſimul incōditis īter ſe iocularia fundētes uerſibus cœpere:nec abſoni a uoce motus erāt.
Accepta itaq; res ſæpiuſq; uſurpādo excitata uernaculis artificibus:qa hiſter tuſco uerbo ludio uocabať
nomē hiſtrionibus īditū:q nō ſicut ante feſcenino uerſu ſimilē incōpoſitū temere ac rudē alternis iacie
bant:ſed īpletas modis ſatyras deſcripto iā ad tibicinē cātu motuq; cōgruēti peragebant.Liuius poſt ali
quot annos:q ab ſatyris auſus ē prius argumēto fabulā facere:idē.ſ.id qđ oēs timuerāt:ſuoꝝ carminū
actor diciť:cū ſæpius reuocatus uocē obtudiſſet:uenia petita pueꝝ ad canēdū ante tibicinē cū ſtatuiſſet

Hiſter ludio apud ethru/ ſcos

canticū egiſſe aliq̄to magis uigēte motu:qa nihil uocis uſus īpediebat:īde ad manū cātari hiſtrionibus
cœptū:diuerbiaq; tātū ipſoꝝ uoci relicta.Poſteaq lege ac fabulaꝝ ab riſu ac ſoluto ioco res aduocabať:
& ludus ī artē paulatim uerterat:iuuētus hiſtrionibus fabellaꝝ actu relicto:ipſa inter ſe more antiquo
ridicula intexta uerſibus iactare cepit:quæ exodia poſtea appellata:conſertaq; fabellis potiſſimū attella
nis ſunt:qđ genus ludoꝝ ab oſcis acceptū tenuit iuuētus:nec ab hiſtrionibus pollui paſſa eſt:eo īſtitutū
manet:ut actores attellanaꝝ nec tribu moueanť:& ſtipēdia tāq̄ exp̄tes artis ludicræ faciant.Inter aliaꝝ
parua prīcipia reꝝ ludoꝝ quoq; p̄ria origo ponēda uiſa eſt:ut appareret:q̄ ab ſano initio res ī hanc uix
opulētis regnis tolerabilē īſaniā uenerit.Nec tamē ludoꝝ primū initiū ꝓcurādis religiōibus datū : aut
religiōe aīos:aut corpora morbis leuauit:qn ēt cū medios forte ludos circus tyberi ſupfuſo irrigatus ī/
pediſſet:id uero uelut auerſis iā diis aſp̄nantibuſq; placamina iræ terrorē īgentē fecit.Itaq;.C.Genutio
L.Aemylio Mamerco.II.cōſulibus:cū piaculoꝝ magis conq̄ſitio aīos:quā corpora morbi afficerēt: re/
petitū ex ſenioꝝ memoria diciť peſtilentiā quōdā clauo ab dictatore fixo ſedatā.Ea religiōe adductus

G.Ge/ nutius. L.Ma/ mercus conſ.

ſenatus dictatorē claui fugiēdi cā iuſſit:dictus.L.Mālius Impioſus:is.T.Pinariū magiſtrū eq̄tum dixit.
Lex uetuſta ex priſcis litteris uerbiſq;ſcripta:ut q p̃tor maxius ſit:idibuſ Septēbribus clauū pāgat:fixus
fuit dextero lateri ædis Iouis optimi maximi ea q̄ parte Mineruæ tēplū ē:eū clauū:qa raræ p̄ ea tēpora
litteræ erāt:notā numeri annoꝝ fuiſſe ferūt:eoq; Mineruæ tēplo dicatā legē:qa numerus Mineruæ in/
uentū ſit.Volſcinis quoq; clauos īdices numeri annoꝝ fixos ī tēplo Nortiæ ethruſcæ deæ cōparere dili
gens taliū monumētoꝝ auctor Cītius affirmat.M.Horatius cōſul ex lege tēplū Iouis Opt.Max.dedi/
cauit āno poſt reges exactos:a cōſulibus poſtea ad dictatores:qa maius īperiū erat.ſolemne claui figēdi
trāſlatū ē.Intermiſſo deīde more:digna ēt p̄ ſe uiſa eſt res:pp̄ quā dictator creareť:qua de cā creatus.L.

Qu. Seruili/ us.L. Genuti us conſ.

Manlius pinde ac rei gerēdæ ac nō ſoluēdæ religiōis gr̄a creatus eēt:bellū hernicū affectās delectu acer/
bo iuuētutē agitauit:tādēq; oībus ī eū tribunis pleb.coortis:ſeu ui:ſeu uerecūdia uictus dictatura abiit.
Neq; eo minus prīcipio īſequētis anni.Q.Seruilio Hala.L.Genutio cōſulibus dies Manlio dicitur a
M.Pōponio tribuno plebis:acerbitas ī delectu nō damno modo ciuiū:ſed ēt laceratiōe corpoꝝ lata:par
tim uirgis cæſis:q ad noīa nō reſpōdiſſent:partim ī uīcula ductis īuiſa erat:& ante oīa īuiſum ipſum in
geniū atrox:cognomēq; Imperioſi graue liberæ ciuitati ab oſtētatione ſæuiciæ aſcitū:quā nō magis in
alienis q̄ ꝓximis:ac ī ſanguīe ipſo ſuo exerceret:criminiq; ei tribunus īter cætera dabat:qđ filiū iuuenē

nullius probri coopertū extorrē urbe:domo:penatibus:foro:luce:cōgreſſu æqualium ꝓhibitū:ī opus
ſeruile prope in carcerem atq; in ergaſtulū dederit:ubi ſummo loco natus dictatorius iuuenis quotti/
diana miſeria diſceret uere imperioſo patre ſe natū eſſe:at quā obnoxam? quod īfacundior ſit & lingua
impromptus:quod naturæ damnū utrū nutriendum patri:ſi quicquā in eo humani eſſet:an caſtigandū
ac uexatione īſigna faciendū fuiſſe:ne mutas quidem beſtias minus alere ac fouere:ſi quid ex progenie
ſua parum proſperum ſit:at Hercule.L.Manlium malum malo augere filii:& tarditatem ingenii inſu
per premere:& ſiquid in eo exiguum naturalis uigoris ſit:id extinguere uita agreſti & ruſtico cultu in/
ter pecudes habendo.Omnium potius his criminationibus:quam ipſius iuuenis irritatus ē animus:
quin contra ſe quoq; parenti cauſam inuidiæ atq; criminum eſſe ægre paſſus:ut omnes dii homineſq;
ſcirent ſe parenti opē latam:quam inimicis eius malle:capit conſilium rudis quidem atq; agreſtis ani/
mi:& quāquam non ciuilis exempli tamen pietate laudabile.Inſcientibus cunctis cultro ſuccinctus ma
ne ī urbem atq; a porta domum confeſtim ad.M.Pomponium pergit tribunum:ianitori opus eſſe ſi/
bi domino eius conuento extemplo ait:nunciaret.T.Manlium Lucii filium eſſe: mox introductus & Attur
enim percitum ira in patrem ſpes erat aut criminis aliquid noui:aut conſilii ad rem agendam.deferre: mālii in
ſalute accepta redditaq; eſſe ait.quæ cum eo agere arbitris remotis uelit:procul īde omnibus abire iuſ/ pſem
ſis:cultrum ſtrīgit:& ſuper lectum ſtans ferro ītento:niſi:ī quæ ipſe concepiſſet uerba:iuraret:ſe patris pietatis
eius accuſandi cauſa conſiliū plebis nunquā habiturum:ſe eum extemplo trāſfixurū minatur : pauidus exēplū
tribunus:quippe qui ferrū ante oculos micare:ſe ſolum inermē:& illum præualidū iuuenē :& qđ ha/
ud minus timendū erat ſtolide ferocē uiribus ſuis cerneret:adiurat:in quæ adactus eſt uerba: & præ ſe
deīde tulit ea ui ſubactum ſe īcepto deſtitiſſe:nec perīde ut maluiſſet plebs ſibi ſuffragii ferendi de tam
crudeli & ſuperbo reo poteſtatē fieri:ita ægre habuit filium id pro parente auſum : eoq; id laudabilius
erat quod animum eius tanta acerbitas patria nihil a pietate auertiſſet.Itaq; non patri modo remiſſæ
cauſæ dictio eſt:ſed ipſi etiam adoleſcenti ea res honori fuit:& cum eo anno primū placuiſſet tribunos
militum ad legiones ſuffragio fieri:nā & antea:ſicut nūc quos ruffulos uocant:īperatores ipſi faciebant
ſecundum ī ſex locis tenuit:nullis domi militiæq; ad cōciliandā gratiam meritis:ut qui rure & procul Ruffuli
cœtu hoīum iuuentā egiſſet.Eodem anno ſeu motu terræ:ſeu qua ui alia:forum mediū ferme ſpecu ua/ Tri.mi.
ſto collapſum ī īmenſam altitudinē dicitur:neq; eam uoraginem cōiectu terræ:cum pro ſe quiſq; ge/
reret:expleri potuiſſe:priuſquā deum monitu quæri cœptum:quo plurimū populus romanus poſſet:
id enim illi loco dicandum uates canebāt:ſi remp.romanā perpetuā eſſe uellent:tum.M.Curtium iu/ M.Cur
uenem bello egregiū caſtigaſſe ferūt dubitantes:an ullum magis romanū bonū:quā arma uirtuſq; eſ/ tius
ſet? Silentio facto templa deorum īmortalium:quæ foro īminēt capitoliumq; intuentem:& manus
nūc in cælum:nunc in paetntes terræ hiatus ad deos manes porrigentē ſe denouiſſe:equo deinde quā
poterat maxime exornato incedentē armatū ſe ī ſpecum īmiſiſſe:donaq; ac fruges ſuper eū a multitu
dine uirorum ac mulierū congeſtas:lacumq; Curtiū nō ab antiquo illo.T.Tatii milite Curtio Metio: Curtiuſ
ſed ab hoc appelatū:cura non deeſſet:ſiqua ad uerum uia inquirentē ferret:nūc famæ rerum ſtandum eſt lacus
ubi certam derogat uetuſtas fidem.& lacus nomen ab hac recētiore inſignius fabula eſt poſt tanti pro
digii procurationē.Eodem anno de hernicis cōſultus ſenatus:cū fœciales ad res repetēdas nequicquā
miſiſſet:primo quoq; die ferendū ad populum de bello īdicendo hernicis cēſuit:populuſq; id bellū fre/
quens iuſſit.L.Genutio conſuli ea prouincia ſorte euenit.In expectatione ciuitas erat:quod primus ille
de plebe conſul bellū ſuis auſpiciis geſturus eſſet:perīde ut eueniret res ita cōmunicatos honores pro/
ſpere aut ſecus conſulto habitura.Forte ita tulit caſus:ut Genutius ad hoſtes magno conatu profectus Occidi/
in īſidias præcipitaret:legionibuſq; nec opinato pauore fuſis:cōſul circūuentus ab īſciis quem īterfeciſ/ tur Ge/
ſent:occideretur.Quod ubi eſt Romam nunciatū:nequaquam tantū publica calamitate mœſti patres nutius
quantū feroces īfelici conſulis plebeii ductu:fremunt omnibus locis:irent:crearent conſules ex plebe: prius e
tranſferrent auſpicia:quo nefas eſſet:potuiſſe patres plebiſcito pelli honoribus ſuis:non etiam ī deos ī/ plebe
mortales īauſpicatam legem ualuiſſe? uindicaſſe ipſos ſuū numen:ſua auſpicia:quæ ut primum conta conſ.
cta ſunt:ab eo:a quo nec fas:nec ius fuerit:deletum cum duce exercitum documēto fuiſſe:ne deīde tur/
bato gentium iure comitia haberentur:His uocibus curia & forum perſonat.Ap.Claudium quia diſ/
ſuaſerat legem maiore nunc auctoritate euentum repræhenſi ab ſe conſilii incuſantem:dictatorem cō
ſenſu patriciorum Seruilius conſul dicit:delectuſq; & iuſticium indictum . Priuſquam dictator legio/
neſq; nouæ in Hernicos uenirent:ductu.C.Sulpicii legati res per occaſionem geſta egregie eſt.In Her/
nicos morte conſulis contemptim ad caſtra Romana cū haud dubia expugnandi ſpe ſuccedentes: hor
tante legato & plenis iræ ac īdignitatis militum animis eruptio ē facta:multū ab ſpe adeundi ualli res
hernicis abfuit:adeo turbatis inde ordinibus abſceſſere.Dictatoris deinde aduentu nouus ueteri exer/
citus iungitur:& copiæ duplicantur:& pro concione dictator laudibus legati militumq;:quorum uir/
tute caſtra defenſa erant:ſimul audientibus laudes meritas tollit animos ſimul cæteros ad æmulādas
uirtutes acuit.Neq; ſegnius ad hoſtes bellum apparatur:q & parti ante decoris memores:neque ignari
atque iniuriam iuſta ui non uultis:ueſtra certe defendetis.Itaqꝫ populum cãpanũ:urbẽqꝫ Capuã:agros: norum
delubra deum: humanaqꝫ oĩa in ueſtram.P.C.Populiqꝫ Romani dicionem dedimus: quicqd deinde deditio
patiemur:dediticii ueſtri paſſuri.Sub hæc dicta omnes manus ad cõſules tendẽtes pleni lachrymarum
in ueſtibulo curiæ ꝓcubuerunt.Cõmoti patres uice fortunaꝝ humanaꝝ:ſi ille p̃potens populus luxu/
ria potẽtiaqꝫ clarus:a quo paulo ante auxiliũ finitimi petiſſent:adeo ĩfractos gereret:aĩos:ut ſe ipẽ:ſuaqꝫ
omnia poteſtatis alienæ faceret:tum iam fides agi uiſa deditos non prodi:neqꝫ factuꝝ æqua populum
ſamnitium cẽſabant:ſi agrum urbemqꝫ per deditionẽ factã Populi Romani oppugnarẽt:legatos itaqꝫ
extemplo mitti ad ſamnites placuit:data mandata ut preces campanoꝝ : reſponſum ſenatus amicitiæ
ſamnitum memoris:deditionem poſtremo factam ſamnitibus exponerent:peterẽt pro ſocietate:ami/
citiaqꝫ ut dediticiis ſuis parcerent:neqꝫ in eum agrum:qui Popu.Roma.factus eſſet:hoſtilia arma infer
rent ſi leniter agendo parum proficerẽt: denũciarẽt ſamnitibus Po.Ro.ſenatuſqꝫ uerbis:ut Capua ur/
be campanoqꝫ agro abſtinerẽt.Hæc legatis agentibus ĩ concilio ſamnitiũ adeo ẽ ferociter reſponſum:
ut nõ ſolum geſturos ſe eſſe dicerẽt id bellum:ſed magiſtratus eoꝝ e curia egreſſi ſtantibus legatis præ Ferox
fectos cohortium uocarent:iiſqꝫ clara uoce imperarent:ut prædatũ ĩ agrum campanũ extemplo ꝓfici/ ſamniti
ſcerẽtur. Hac legatione Romam relata:poſitis oĩum aliarum rerũ curis:patres fœcialibus ad res repe/ um re/
tẽdas miſſis:belloqꝫ quia non redderentur:ſolemni more ĩdicto:decreuerunt:ut primo quoqꝫ tempo/ ſpõſum

re de ea re ad populū ferretur:iuſſuq; populi cōſules ambo cū duobus ab urbe exercitibus profecti Va/
lerius in Cāpaniā:Cornelius in Samnium:ille ad montē caluum:hic ad Satriculam caſtra ponūt.Prio/
ri Valerio Samnitium legiones:eo namq; omnem belli molem inclinaturam cenſebant:occurrunt: ſi/
mul in campauos ſtimulabat ira tā promptos nunc ad ferenda:nunc ad accerſenda aduerſus ſe auxilia.
Vt uero caſtra romana uiderunt:ferociter pro ſe quiſq; ſignum duces poſcere:affirmare eadem fortu/
na romanū campano laturum opem:qua cāpanus ſidicino tulerit.Valerius leuibus certaminibus tem
ptandi hoſtis cauſa aut ita multos moratus dies ſignū pugnæ ꝓpoſuit:paucis ſuos adhortatus.Ne no/
uum bellū eos:nouuſq; hoſtis terreret:quicquid ab urbe lōgius proferrent arma:magis:magiſq; ī im/
belles gentes eos prodire.Ne ſidicinorum campanorūq; cladibus ſamnitiū æſtimarent uirtutē:qualeſ/
cunq; inter ſe certauerit:neceſſe fuiſſe alterā partem uinci:cāpanos quidē haud dubie magis nimio lu/
Ro.po. xu fluētibus rebus molliciaq; ſua:quā ui hoſtiū uictos eſſe.Quid autem eſſe duo proſpera ī tot ſæculis
decora bella ſamnitiū aduerſus tot decora.Po.Ro.qui triumphos pene plures:quā annos ab urbe condita nu/
meret?qui oīa circa ſe Sabinos.Ethruriam:Latinos:Hernicos:Volſcos:Aurūcos domita armis habeat
qui gallos tot p̄liis cæſos:poſtremo ī mare ac naues fuga cōpulerit?Cū gloria belli ac uirtute ſua quēq;
frætos ire in aciē debere:tum ēt intueri cuius ductu auſpicioq; ineunda pugna ſit:utrū q audiēdus dūta
xat magnificus adhortator ſit uerbis tantū ferox operꝝ militarium expers:an q & ipſe tæla tractare:pro
cedere ante ſigna:uerſari media ī mole pugnæ ſciat.Facta mea nō dicta uos milites:inqt:ſequi uolo:nec
diſciplinā modo:ſed exēplum ēt a me petere.Nō factionibus modo:nec ꝑ cōciones uſitatas nobilibus:
ſed hac dextra mihi tres cōſulatus ſummamq; laudē peperi.Fuit:cum hoc dici poterat:patricius.n.erat
& a liberatoribus patriæ ortus:& eodē anno familia iſta cōſulatū:quo urbs hæc conſulē habuit : nūc iā
nobis patribus uobiſq; plebeiis ꝓmiſcuus conſulatus patet:nec generis ut ante:ſed uirtutis ē præmiū.
Proinde ſummū quodq; ſpectate milites decus.Nō ſi mihi nouū hoc Coruini cognomen diis auctori/
bus hoīes dediſtis.Publicolaꝝ uetuſtum familiæ noſtræ cognomē memoria exceſſit:ſemper ego ple/
bem romanā militiæ domiq;:priuatus ī magiſtratibus paruis magniſq; æque tribunus ac conſul eodē
tenore per oēs deinceps cōſulatus colo:atq; colui.Nunc qđ inſtat:diis bene iuuātibus nouū atq; integrū
de ſamnitibus triūphū mecū petite.Nō alias militi familiarior dux fuit:oīa inter infimos militū: haud
grauate munia obeundo:in ludo p̄terea militari cum uelocitatis uiriumq; inter ſe æquales certamina
ineunt:comiter facilis uincere ac uici uultu eodem:nec quēq̄ aſpernari parem:qui ſe offerret factis:beni
gnus pro re dictis:haud minus libertatis alienæ:quā ſuæ dignitatis memor:& quo nihil popularius ē:
quibus artibus petierat magiſtratus:iiſdē gerebat.Itaq; uniuerſus exercitus īcredibili alacritate adhor/
tationem ꝓſecutus ducis caſtris egredit̄:p̄liū ut qđ maxime unq̄ pari ſpe:utrinq; æquis uiribus cum fi
ducia ſui ſine cōtemptu hoſtiū cōmiſſum eſt:Samnitibus ferociam augebāt nouæ res geſtæ: & paucos
ante dies geminata uictoria.Romanis cōtra quadrigentorum annoꝝ decora:& conditæ urbi æqualis
uictoria:utriuſq; tamen nouus hoſtis curā addebat:pugna indicio fuit:quos geſſerint animos : nāq; ita
Atť.Va conflixerūt:ut aliq̄diu in neutrā partē inclinaret acies.Tum cōſul trepidationē iniiciendā ratus quando
lerii cō/ ui pelli nō poterat:equitibus īmiſſis turbare prima ſigna hoſtiū conatur:quos ubi nequicq̄ tumultuā/
ſulis uir tes in ſpatio exiguo uoluere turmas uidit:nec poſſe aperire ī hoſtes uiam:reuectus ad anteſignanos le/
tutē in gionum:cū deſiluiſſet ex equo:noſtrum:īquit peditum illud milites eſt opus agitedū ut me uideritis:
pugna quacūq; inceſſero ī aciem hoſtium ferro uiam facientem:ſic pro ſe quiſq; obuios ſternite: illa nunc oīa
qua nūc erectæ micant haſtæ patefacta ſtrage uaſtata cernetis.Hæc dicta dederat:cū eqtes cōſulis iuſſu
diſcurrunt ī cornualegionibuſq; ī mediam aciem aperiunt uiam.Primus omnium conſul inuadit ho/
ſtem:& cum quo forte contulit gradū:obtruncat:hoc ſpectaculo accēſi dextra leuaq; ante ſe quiſq; me/
morandū præliū ciet:ſtant obnixi ſamnites:q̄q̄ plura accipiunt:quā īferunt uulnera. Aliquādiu iā pu/
gnatum erat:atrox cædes circa ſigna ſamnitiū:fuga a nulla dum parte erat:adeo morte ſola uinci deſti/
nauerant animis.Itaq; romani cū effluere iam laſſitudīe uires ſentirēt:& diei haud multum ſupereſſe:
accēſi ira concitant ſe ī hoſtē.Tū primū referri pedem:atq; īclinari rem ī fugam apparuit:tum capi:oc/
cidi ſamnis:nec ſuperfuiſſent multi:ni nox uictoriam magis:quam præliū diremiſſet:& romani fate/
bantur nunq̄ cū pertinatiorē hoſte cōflictum:& ſamnites cū q̄reretur:quænā prima cā tam obſtinatos
mouiſſet ī fugam:oculos ſibi romanorum ardere uiſos aiebant:ueſanoſq; uultus & furentina ora:inde
plus quam ex alia ulla re terroris ortū:quē terrorē nō pugnæ ſolū euētu:ſed nocturna ꝓfectione cōfeſ/
ſi ſunt:Poſtero die uacuis hoſtiū caſtris romanus potit̄:quo ſe oīs cāpanoꝝ multitudo gratulabūda ef/
fudit.Cæteꝝ hoc gaudiū magna ꝓpe clade ī Samnio fœdatū ē:nā ab Satricula ꝓfectus Cornelius con
ſul exercitū īcaute ī ſaltū caua ualle ꝑuium circaq; īſeſſum ab hoſte induxit:nec priuſq̄ recipi tuto ſigna
non poterāt:imminentē capiti hoſtē uidit.Dū id moræ ſamnitibus ē:quo ad totū ī uallē infamam di/
mitteret agmen.P.Decius tribunus militū cōſpicit unū æditū ī ſaltu collē īminētē hoſtiū caſtris aditu
Atť.fe/ arduū īpedito agmini expeditis haud difficilē:itaq; cōſuli territo animi uideſne tu: inqt.A.Corneli ca/
rociā in cumen illud ſupra hoſtē?arx illa eſt ſpei ſalutiſq; noſtræ:ſi eā:quoniā cæci reliq̄re ſamnites:īpigre capi/
ro.a mus:nec tu mihi pluſq̄ unius legionis prīcipes haſtatos dederis:cū q̄bus ubi euaſero ī ſummū:ꝑge hīc
ſamnite omni liber metu:teq; & exercitū:ſerua:neq;.n.moueri hoſtis ſubiectus nobis ad oēs ictus ſine ſua ꝑni/
refor cie poterit:nos deīde aut fortuna Po.Ro.aut nr̄a uirtus expediet.Collaudtus a cōſule:accepto p̄ſidio:ua
midatā dit occultus ꝑ ſaltū:nec prius ab hoſte ē uiſus:quā loco:quē petebat:appropinquit.Inde admiratiōe pa/
uentibus cunctis:cū oīum ī ſe uertiſſet oculos & ſpatiū cōſuli dedit ad ſeducēdū agmē ī æquiorē locū;

& ipſe in ſummo cõſtitit uertice. Samnites dũ huc illuc ſigna uertunt: utriuſq; rei omiſſa occaſiõe neq;
conſequi cõſulé: niſi per eandé uallé in qua paulo ante ſubiectũ eũ tælis ſuis habuerant: poſſunt: nec eri/
gere agmen in captũ ſuper ſe ab Decio tumulum: ſed cũ ira ĩ hos magis: qui fortuná gerédæ rei eripue
rant: tũ propinqtas loci atq; ipſa paucitas ĩcitat: & nunc circundare undiq; collé armatis uolunt: ut a cõ/
ſule Decium ĩtercludant: nunc uiá patefacere: ut digreſſos ĩ uallem adoriant̃: ĩcertos quid agerent: nox
oppreſſit. Deciũ primũ ſpes tenuit cũ ſubeuntibus ĩ aduerſum collé ex ſupiore locos ſe pugnatuꝝ: deĩ/
de admiratio inceſſit: qđ nec pugná inirét: nec: ſi ab eo cõſilio iniqtare loci deterrerent̃: opere ſe ualloq;
circũdarent: Tũ centurionibus ad ſe uocatis: quænã illa inſcitia belli ac pigritia eſt? aut quonámodo iſti
ex ſidicinis cápaniſq; uictoriá pepererunt? huc atq; illuc ſigna moueri: ac modo in unũ conferri: modo
educi uidetis: opus qdem incipit nemo: cũ iá circundati uallo potuerimus eſſé. Tũ uero nos ſimiles iſto
rum ſimus: ſi diutius hic moremur: quá cõmodũ ſit: agitedum ite mecum: ut dum lucis aliqd ſupereſt
quibus locis præſidia ponát: qua pateát: hinc exitus exploremus. Hæc oía ſagulo gregali amictus: cétu/
rionibus ité manipulariũ habitu militũ ductis: ne ducé circunire hoſtes notarent: perluſtrauit. Vigiliis
deinde diſpoſitis: cæteris oíbus teſſerá dari iubet: ubi ſecũdæ uigiliæ buccinæ datum ſignũ eſſet: armati
cum ſilétio ad ſe cõuenirent. Quo ubi: ſicut edictum erat: taciti conuenerũt: hoc ſilétiũ milites: inquit:
omiſſo militari aſſenſu in me audiédo ſeruandũ é: ubi ſñiam meam uobis peregro: tum qbus eadé pla
cebunt: in dexterá parté taciti tranſibitis: quæ pars maior erit: eo ſtabitur cõſilio. Non fuga delatos: nec
inertia relictos hic uos circũuenit hoſtis: uirtute cepiſtis locum: uirtute hinc oportet euadatis: ueniédo
huc exercitũ egregiũ Populi Ro. ſeruaſtis: erũpendo hinc uoſmetipſos ſeruate: digni eſtis: qui pauci plu
ribus opé tuleritis: ipſi nullius auxilio egueritis. Cum eo hoſte res eſt: qui heſterno die delendi oís exer
citus fortuna p ſecordiá uſus nõ ſit: hunc tá opportunũ collem ĩminenté capiti ſuo nõ ante uiderit: quá
captum a nobis nos tam paucos tot ipſi millibus hoíum: nec aſcenſu arcuerit: nec tenentes locũ: cũ diei
tantũ ſupereſſet uallo circũdederit: quem uidenté ac uigilanté ſic eluſeritis: ſopitũ oportet fallatis: imo
neceſſe eſt: ĩ eo. n. loco res ſunt noſtræ: ut ego uobis magis neceſſitatis ueſtræ index: quá conſilii auctor
ſim: neq;. n. maneatis an abeatis: hinc deliberari põt: cũ præter arma & aíos armoꝝ memores: nihil uo/
bis fortuna reliqui fecerit: fame & ſiti moriendũ ſit: ſi plus quá uiros ac romanos decet ferrũ timeamus.
Ergo una eſt ſalus erumpere hinc atq; abire: aut id ĩterdiu aut nocte faciamus: oportet: Ecce hoc aliud Atť. fe
minus dubium: quippe ſi lux expectet̃: quæ ſpes eſt nõ uallo ꝑpetuo foſſaq; nos ſeptuꝝ hoſtem: q nũc rociſſi
corporibus ſuis ſubiectis undiq; cinxerit: ut uidetis collem? atqui ſi nox opportuna é eruptioni: ſicut é: má De/
hæc ꝓfecto noctis aptiſſima hora eſt: ſigno ſecũdæ uigiliæ cõueniſtis. qđ tépus mortales ſomno altiſſi cii oro/
mo premit: ꝑ corpora ſopita uadetis: uel ſilétio incautos fallétes: uel ſentientibus clamore ſubito pauo/ né ad
rem iniecturi: me modo ſequimini: quem ſecuti eſtis: ego eandé: quæ duxit huc ſequar fortunam. Qui ſuos
bus hæc ſalutaria uident̃: agitedum ĩ dexterá parté pedibus tranſite. Oés tráſierunt: uadentemq; p ĩter
miſſa cuſtodiis loca Decium ſecuti ſunt. Iá euaſerant media caſtra: cũ ſupſcandens uigilũ ſtrata ſomno
corpora miles offenſo ſcuto ꝑbuit ſonitũ: quo excitatus uigil cum ꝓximum mouiſſet: erectiq; alios cõ
citarent: ignari ciues an hoſtes ꝑſidium erumperét: an cõſul caſtra cepiſſet: Decius quoniá nõ fallerent:
clamoré tollere iuſſis militibus torpidos ſomno ĩſuper pauore exanimat: quo ĩpediti nec arma ĩpigre
capere: nec obſiſtere: nec inſequi poterát. Inter trepidationé tumultũq; ſamnitiũ ꝑſidium Romanũ ob
uiis cuſtodibus cæſis ad caſtra cõſulis ꝑuadit. Aliquantulũ ſupererat noctis: iamq; ĩ tuto uidebant̃ eſſe:
macti uirtute: inqt: milites Romani: &. n. ueſtrum iter ac reditũ oía ſæcula laudibus ferét: ſed ad cõſpi/
ciendam tátam uirtutem luce ac die opus eſt: nec uos digni eſtis: quos cũ táta gloria ĩ caſtra reduces ſilé
tium ac nox tegat: hic lucé quieti opperiamur. Dictis obtéperatum: atq; nbi primum illuxit: præmiſſo
nuncio ad conſulem ĩ caſtra ingenti gaudio cõcitantur: & teſſera data incolumes reuerti: q ſua coprora
pro ſalute oíum haud dubio periculo obieciſſent: pro ſe quiſq; obuiá effuſi laudát: gratulant̃: ſingulos
uniuerſoſq; ſeruatores ſuos uocát: diis laudes gratiaſq; agũt. Deciũ ĩ cælum ferunt. Hic Decii caſtrenſis Decii ca
triumphus fuit ĩcedentis p media caſtra cũ armato ꝑſidio: coniectis ĩ eum oíum oculis: & omni hono ſtrenſis
re tribunũ cõſuli æquátibus. Vbi ad ꝑtorium uentũ eſt: cõſul claſſico ad cõcioné uocat: orſuſq; meritas laus &
Decii laudes: ĩterfante ipſo Decio diſtulit cõcionem: q auctor oía poſt habédi: dũ occaſio ĩ manibus eét gloria
perpulit cõſulé: ut hoſtes: & nocturno pauore attonitos: & circa collé caſtellatim diſſipatos aggrederet̃:
credere etiam aliquos ad ſe ſequendum emiſſos per ſaltũ uagari. Iuſſæ legiones arma capere: egreſſæq;
caſtris cum per exploratores notior iam ſaltus eét: uia patentiore ad hoſtem ducuntur: quem ĩcautum
improuiſo adortæ: cum palati paſſim ſamnitium milites plæriq; inermes nec coire in unum: nec arma Atť. Sá
capere: nec recipere intra uallum ſe poſſent: pauentem primũ intra caſtra cõpellunt: deinde caſtra ipſa nitium
turbatis ſtationibus capiunt: perfertur circa collem clamor: fugatq; ex ſuis quenq; præſidiis: ita magna cædes
pars abſenti ceſſit. Quos intra uallum egerat pauor. Fuere autem ad. xxx. millia oés cæſi: caſtra direpta.

Ita rebus geſtis conſul aduocata concione. P. Decii non cœptas ſolũ ante: ſed cumulatas noua uirtute
laudes peragit: & ꝑter militaria alia dona: aurea corona eũ: & centũ bobus eximioq; uno albo opimo au
ratis cornibus donauit. Milites: q in ꝑſidio ſimul fuerát duplici fruméto ĩ ꝑpetuũ: in ꝑſentia ſingulis bo
bus biniſq; tunicis donati. Secũdum cõſulis donationé: legiones gramineá coroná obſidionalé clamore
donũ approbátes Decio ĩponũt: altera corona eiuſdé honoris ĩdex a ꝑſidio ſuo ĩpoſita é. His decoratus
inſignibus boué eximiũ Marti ĩmolauit: centũ boues militibus dono dedit: q ſecũ ĩ expeditiõe fuerant.
Hiſdem militibus legiones libras farris & ſextarios uini contulere: oíaq; ea ĩgenti alacritate p clamoré

militarẽ ĩdicẽ oĩum aſſenſus gerebanť. Tertia pugna ad Sueſſulã cõmiſſa eſt: qua fugatus a. M. Valerio ſamnitiũ exercitus: omni robore iuuẽtutis domo accito certamĩe ultimo fortunam experiri ſtatuit: ab Sueſſula nuncii trepidi Capuã: ĩde eqtes citati ad Valeriũ cõſulẽ opem oratũ ueniũt. Cõfeſtim ſigna mota relictis ĩpedimẽtis caſtroꝝ ualido pſidio raptim agiť agmẽ: nec procul ab hoſte locũ exiguũ: ut qbus præter equos cæteroꝝ iumẽtoꝝ calonũq turba abeſſet: caſtris cepit. Samnitium exercitus uelut haud ulla mora pugnæ futura eẽt: aciẽ inſtruit: deĩde poſteaq nemo obuius ibat: ĩfeſtis ſignis ad caſtra hoſtiũ ſuccedit: ibi ut militẽ ĩ uallo uidit: miſſiq ab oĩ parte exploratũ quã ĩ exiguũ orbẽ cõtracta caſtra eſſent: paucitatẽ ĩde hoſtiũ colligẽtes retulerunt: fremere oĩs acies: cõplendas eẽ foſſas ſcindẽdũq uallũ: & ĩ caſtra irrũpendũ: trãſactũq ea temeritate bellũ foret: ni duces cõtinuiſſent ĩpetũ militũ. Cæteꝝ qa multitudo ſua cõmeatibus grauis: & prius ſedẽdo ad Sueſſulã: & tũ certaminis mora haud ꝓcul ab reꝝ omniũ inopia eſſet: placuit dũ ĩcluſus maneret hoſtis frumẽtatũ p agros militẽ duci: ĩterim & Romano: q expeditus quãtũ humeris ĩter arma geri poſſet: frumẽti ſecũ attuliſſet: defutura oĩa. Conſul palatos per agros cũ uidiſſet hoſtes: ſtatiões ĩfrequẽtes relictas: paucis milites adhortatus ad caſtra oppugnãda ducit: quæ cũ primo clamore atq ĩpetu cepiſſet: pluribus hoſtiũ ĩ tentoriis ſuis quam ĩ portis ualloq cæſis: ſigna captiua ĩ unũ locũ conferri iuſſit: relictiſq duabus legiõibus cuſtodiæ & pſidii cã graui edicto monitis: ut donec ipſe reuertiſſet: pda abſtinerẽt: ꝓfectus agmine ĩſtructo: cũ pmiſſus eques uelut indagine diſſipatos ſamnites ageret: cædẽ ingentẽ fecit: nã neq ſigno coire ĩter ſe: neq utrũ caſtra peterent: an longiorẽ intẽderẽt fugã territis cõſtare poterat: tãtumq fugæ ac formidinis fuit: ut ad. xl. millia ſcutoꝝ neqq tot cæſis: & ſigna militaria cũ iis: quæ ĩ caſtris capta erãt ad. clxx. ad cõſulẽ deferrẽtur. Tũ ĩ caſtra hoſtium reditũ: ibiq omnis pda militi data. Huius certaminis fortuna & faliſcos cũ ĩ induciis eẽnt: fœdus petere ab ſenatu coegit: & latinos iã exercitibus cõparatis ab romano ĩ pelignũ uertit bellũ. Neq ita rei geſtæ fama Italiæ ſe finibus tenuit: ſed carthaginẽſes quoq legatos gratulatũ Romã miſere cũ coronæ aureæ dono: quæ ĩ capitolio in Iouis cella poneref: fuit pondo. xxv. Cõſules ambo de ſamnitibus triumpharũt: ſequẽte Decio inſigni cũ laude doniſq: cũ incõdito militari ioco haud minus tribuni celebre nomen: quã conſulũ eẽt. Campanoꝝ deĩde ſueſſanorũq auditæ legationes: pcantibus datũ ut pſidium eo ĩ hyberna mitteref: quo ſamnitiũ excurſiones arcerent. Iam tũ minime ſalubris militari diſciplinæ Capua: inſtrumẽto oĩum uoluptatũ delinitos militũ aĩos auertit a memoria patriæ: inibanturq conſilia in hybernis eodẽ ſcelere adimendæ cãpanis Capuæ: p qđ illi eã antiquis cultoribus ademiſſent neq ĩmerito ſuũ ipſoꝝ exemplũ in eos uerſuꝝ. Cur autẽ potius campani agrũ Italiæ uberrimũ: dignã agro urbẽ: qui nec ſe: nec ſua tutari poſſint: quã uictor exercitus haberet: qui ſuo ſudore & ſanguine inde ſamnites depuliſſet? An æquũ eẽ dediticios ſuos illa felicitate atq amœnitate pfrui: ſe militando feſſos ĩ peſtilẽti atq arido circa urbẽ ſolo luctari: aut ĩ urbe inſidentẽ labem creſcẽtis in dies fœnoris pati? Hac agitata occultis cõiurationibus: nec dũ uulgata in oẽs cõſilia ĩuenit nouus cõſul Claudius Martius Rutilius: cui Cãpania ſorte prouĩcia euenerat. Quinto Seruilio collega ad urbẽ relicto. Itaq cũ oĩa ſicut geſta erãt: per tribunos comperta: & ætate haberet & uſu doctus: qppe q iã quart. conſul eẽt: dictatorq & cenſor fuiſſet: optimũ ratus differẽdo ſpem qdocũq uellent conſilii exequẽdi: militarẽ ĩpetũ fruſtrarii: rumorẽ diſſipat in hiſdẽ oppidis: & anno poſt pſidia hybernatura: diuiſa enĩ erãt p Cãpaniæ urbes: manauerãtq a Capua cõſilia in exercitũ oẽm. Eo laxamẽto cogitationibus dato: quieuit in pſentia ſeditio: cõſul educto ĩ æſtiua milite: dũ quietos ſamnites habebat: exercitũ purgare miſſionibus turbulẽtorum hoĩum inſtituit: aliis emerita dicẽdo ſtipẽdia eſſe: alios graues iã ætate eẽ aut uiribus paꝝ ualidos: quidã in comeatus mittebanf. Singuli primo: deinde & cohortes qdã quia ꝓcul ab domo & rebus ſuis hybernaſſent: per ſpeciẽ militariũ uſuum magna pars ablegati: quã multitudinẽ cõſul alter Romæ ꝑtorq alias ex aliis fingẽdo moras retinebat: & prio qdẽ ignari ludificationis minime ĩuiti domos reuiſebãt: poſteaq neq reuerti ad ſigna primos: nec ferme aliũ: quã qui ĩ Cãpania hybernaſſent: pcipueq ex iis ſeditionis auctores mitti uiderunt: primũ admiratio: deinde haud dubius timor inceſſit aĩos: conſilia ſua emanaſſe: iam qſtiones: iam iudicia: iã occulta ſinguloꝝ ſupplicia: ĩpotenſq & crudele cõſilium: ac patrũ ĩ ſe regnũ paſſuros. Hæc q ĩ caſtris erãt: occultis ſermonibus ſerũt: neruos cõiurationis eiectos arte cõſulis cernẽtes. Cohors una: cũ haud ꝓcul Anxur eẽt: ad Lautulas ſaltu anguſto ĩter mare ac mõtes cõſedit: ad excipiẽdos quos cõſul aliis atq aliis: ut ante dictũ ẽ: cauſis mittebat. Iã ualida admodũ numero manus: erat: nec qcq ad iuſti exercitus formã pter ducẽ deerat: ĩcõpoſiti itaq pdantes ĩ agrũ albanum pueniũt: & ſub iugo Albæ lõgæ caſtra uallo cĩgũt: pfecto deĩde ope reliquũ diei de ĩpatore ſumẽdo ſentẽtiis decertãt: nulli ex pſentibus ſatis fidẽtes: quẽ aũt ab domo poſſe acciri? quẽ patrũ aut plebis eſſe: q aut ſe tãto piculo ſciẽs offerat: aut cui ex iniuria ĩſanientis exercitus cã recte cõmittaf? Poſtero die cum eadẽ deliberatio teneret: ex pdatoribus uagis qdã cõpertũ attulerũt. T. Quĩtiũ ĩ tuſculano agrum colere urbis honorũq ĩmemorẽ. Patriciæ hic uir gẽtis erat: cui cũ militiæ magna cũ gloria actæ finem pes alter ex uulnere claudus feciſſet: ruri agere uitã ꝓcul ambitiõe ac foro cõſtituit: noĩe audito: extẽplo agnouef uiꝝ: & qđ bene uerteret: acciri iuſſerũt: ſed paꝝ ſpei erat uolũtate qcq factuꝝ: uim adhibere ac metũ placuit. Itaq ſilẽtio noctis cũ tectũ uillæ: q ad id miſſi erãt: ĩtraſſent: ſomno graui Quĩtiũ oppreſſum nihil mediũ: aut ĩperiũ atq honorẽ: aut ubi reſtaret: mortẽ: ni ſeqref denũciãtes ĩ caſtra ptraxerũt. Impator extẽplo aduenĩes appellatus: ĩſigniaq honoris exterrito ſubitæ rei miraculo deferũt: & ad urbẽ ducere iubẽt. Suo magis ĩde ĩpetu: quã cõſilio ducis: cõuulſis ſignis: ĩfeſto agmĩe ad lapidẽ octauum uiæ: quæ nũc appia eſt: peruenĩũt: iſſentq confeſtim ad urbẽ: ni uenire cõtra exercitũ: dictatorẽq aduer

XL. millia ſcutoꝝ ex hoſte capta Carthã. donũ aureum romã mittũt

Cl. Martius Qu. Seruilio conſ.

Atť. militarẽ tumultũ

ſus ſe.M.Valerium Coruinū dictum audiſſent:& magiſtrum equitū.L.Aemylium Mamercum.Vbi
primū in conſpectu uentum eſt arma ſignaq; agnouere:extemplo oībus memoria patriæ·iras permul
ſit:nondū erant tam fortes ad ſanguinem ciuilem:nec præter externa nouerant bella:ultimaq; rabies
ſeceſſio ab ſuis habebatur.Itaq; iam duces:iam milites utrinq; congreſſus quærere ad colloquia.Quin
tius quem armoꝝ etiam pro patria ſatietas teneret nedū aduerſus patriā:Coruinus oēs caritate ciues
præcipue milites:& ante alios ſuum exercitum cōplexus:ad colloquium proceſſit:cognito ei extemplo
haud minor ab aduerſariis uerecundia:quā ab ſuis ſilentium datum.Deos:īquit:immortales milites
ueſtros publicos meoſq; ab urbe proficiſcens:ita adoraui:ueniamq; ſupplex popoſci:ut mihi de uobis
concordiæ parte gloriam:non uictoriā darent:ſatis fuit eritq;:unde belli decus pariatur:hinc pax petē
da eſt:quod deos īmortales inter nuncupanda uota expopoſci eius me compotē uoti uos facere pote/
ſtis:ſi meminiſſe uultis:non uos in Samnio.nec in Volſcis:ſed in romano ſolo caſtra habere:ſi illos col
les quos cernitis:patriæ ueſtræ eſſe:ſi hunc exercitum ciuium ueſtroꝝ:ſi me cōſulem ueſtrū:cuius du
ctu auſpitioq; priore anno bis legiones ſamnitium fudiſtis:bis caſtra ui cepiſtis.Ego ſum.M.Valerius
Coruinus milites:cuius uos nobilitatē beneficiis erga uos non iniuriis ſenſiſtis:nullius ſuperbæ ī uos
legis:nullius crudelis ſenatuſconſulti auctor:in omnibus meis imperiis ī me ſeuerior:q̄ in uos.Ac ſicui
gens:ſicui ſua uirtus:ſicui ēt maieſtas:ſicui honores ſubdere ſpiritus potuerunt:iis eram natus:id ſpe/
cimē mei dederam:ea ætate conſulatū adeptus eram:ut potuerim tris & uiginti annos natus cōſul pa/
tribus quoq; ferox eſſe non ſolū plebi.Quod meum factū dictumue conſulis grauius:quā tribuni au/
diſtis? eodem tenore duos inſequentes conſulatus geſſi eodem hæc imperioſa dictatura gereť:ut neq;
in hos meos & patriæ meæ milites mitior:quā in uos horreo dicere hoſtes.Ergo uos prius in me ſtri/
xeritis ferrum:quam in uos ego:iſtinc clamor prius incipiet atq; impetus:ſi dimicandum eſt:inducite
in aīum:quod non induxerunt patres auiq; ueſtri:non illi:qui in ſacrū montem ſeceſſerunt:nō hi qui
poſtea auentinum inſederunt:expectate dum uobis ſingulis:ut olim Corialano matres cōiugeſq; cri/ Arťpo/
nibus paſſis obuiæ ab urbe ueniant tum uolſcoꝝ legiones:quia romanum habebant ducem:quieue/ pularē
runt:uos romanus exercitus non deſtiteritis impio bello.T.Quinti quocunq; iſtic loco ſeu uolens:ſeu Valerii
inuitus conſtitiſti:ſi dimicandum erit:tum tu ī nouiſſimos te recipito:fugeris ēt honeſtius:tergumq; orōnē
ciui dederis:quam pugnaueris contra patriam:nunc ad pacificandum bene atq; honeſte inter primos
ſtabis:& colloqui huius ſalutaris interpres fueris:poſtulate æqua & ferte:q̄q̄ uel iniquis ſtandum po/
tius:quā īpias inter nos conferamus manus.T.Quintius plenus lachrymaꝝ ad ſuos uerſus me quoq;
inquit:milites:ſiquis uſus mei eſt:meliorem'pacis:quam belli habetis ducem:nō enim illa modo uol/
ſcus aut ſamnis:ſed romanus uerba fecit:ueſter conſul:ueſter imperator milites:cuius auſpicia pro uo/
bis experta:nolite aduerſus uos uelle experiri.Qui pugnarent uobiſcum īfeſtius & alios duces ſenatus
habuit:qui maxīe ſuis militibus placeret:cui plurimum uos imperatori ueſtro crederetis:eum elegit:
pacem ēt:qui uincere poſſunt:uolunt:quid uos uelle oportet? quin omiſſis ira:& ſpe fallacibus aucto/
ribus noſipſos:noſtraq; oīa cognitæ permittimus fidei? Approbantibus clamore multis.T.Quintius
ante ſigna progreſſus:in poteſtate dictatoris milites fore dixit:orauit ut cauſam miſerorū ciuium ſuſci
peret:ſuſceptamq; eadem fide:qua remp.adminiſtrare ſolitus eſſet:tueretur:ſibi ſe priuatim nihil caue
re:nolle alibi:q̄ in innocentia ſpem habere:militibus cauendum quod apud patres ſemel plebi iterum
legionibus cautum ſit:ne fraudi ſeceſſio eſſet.Quintio collaudato:cæteris bonum aīum habere iuſſis:
dictator equo citato ad urbem reuectus:auctoribus patribus tulit ad populum in loco petilliui:ne cui
militum fraudi ſeceſſio eēt:orauit ēt bona uenia quirites:ne quis eam rem ioco ſerioue cuiq̄ exprobra/
ret.Lex quoq; ſacrata militaris lata eſt:ne cuius militis ſcripti nomen niſi ipſo uolente deleretur:addi/
tumq; legi nequis ubi tribunus militum fuiſſet:poſtea ordinum ductor eſſet.Id propter.P.Salonium
poſtulatum eſt a coniuratis qui alternis prope annis & tribunus militum & primus centurio erat.quē
nunc primipilum appellant:huic infenſi milites erant:quod ſemꝑ aduerſatus nouis conſiliis fuiſſet:& Primi/
ne participes eoꝝ eēt:q ab Lautulis fugiſſent.Itaq; cum hoc unum ꝓpter Salonium ab ſenatu non īpe pilus
traretur:tum Salonius obteſtatus patres cōſcriptos ne ſuum honorē pluris:quam cōcordiam ciuitatis
æſtimarēt:perpulit ut id quoq; ferreť.Aeq; impotens poſtulatum fuit ut de ſtipēdio eqtum (merebāt
aūt triplex ea tempeſtate) æra demerenť:quod aduerſati cōiurationi fuiſſent.Præter hæc īuenio apud
quoſdam.L.Genutium tribunū plebis tuliſſe ad populū ne fœnerare liceret.Item aliis plebiſcitis cau/
tum nequis eundem magiſtratum ītra decem annos caperet:neu duos magiſtratus uno anno gereret
utiq; liceret conſules ambos plebeios creari:quæ ſi oīa conceſſa ſunt plebi apparet haud paruas uires de
fectionem habuiſſe.Aliis annalibus ꝓditum eſt neq; dictatorē Valerium dictū:ſed ꝑ cōſulē oēm rem
actam neq; anteq̄ Romā ueniret:ſed Romæ eam multitudinem cōiuratoꝝ ad arma cōſternatam eē:
nec in.T.Quintii uillam:ſed in ædes.C.Manlii nocte impetum factū:eūq; a coniuratis compræhēſum
ut dux fieret:inde ad quartū lapidem ꝓfectos loco munito cōſediſſe:nec ab ducibus mentionē concor
diæ ortam: ſed repēte cum in aciem armati exercitus ꝓceſſiſſent:ſalutationē factā:& ꝑmixtos dextras
iungere ac cōplecti inter ſe lachrymātes milites cœpiſſe:coactoſq; conſules cū uiderēt auerſos a dimica
tione militum aīos.rettuliſſe ad patres de cōcordia reconcilianda:adeo nihil p̄terq̄ ſeditionē fuiſſe: eāq;
compoſitam īter antiquos reꝝ auctores conſtat. Et huius fama ſeditionis: & ſuſceptū cū ſamnitibus
graue bellum aliquot populos a romana ſocietate auertit:& p̄ter latinorum infidum iādiu fœdus pri/
uernates ēt Norbam:atq; Setiam finitimas colonias romanas incurſiones ſubita depopulati ſunt.

# TITI LIVII PATAVINI HISTORICI AB VRBE CONDITA. LIBER OCTAVVS.

C.Plautius.L. Aemylius cōſ.

AM CONSVLES Erant.C.Plautius.II.L. Aemylius Mamercus: cum
Setini Norbaniq̄ Romā nūcii defectiōis priuernatiū cū q̄rimoniis acce-
ptæ cladis uenerūt. Volſcoꝝ item exercitū duce Antiati populo cōſediſſe
ad Satricū allatū eſt:utrūq̄ bellū Plautio ſorte uenit:prius ad priuernum
ꝓfectus extēplo acie cōflixit:haud magno certamine deuicti hoſtes:oppi-
dum captū:redditūq̄ priuernatibus:ꝑſidio ualido īpoſito: agri ꝑtes duæ
adēptæ.Inde uictor exercitus Satricum cōtra Antiates ductus:ibi magna
utriq̄ cæde atrox ꝑliū fuit:& cū tēpeſtas eos neutro īclinata ſpe dimicātes
diremiſſet:romāi nihil eo certamīe tā ābiguo feſſi ī poſteꝝ diē ꝑliū parāt.
Volſcis recēſentibus quos uiros in acie amiſiſſent:haud quaq̄ idē aīus ad
iterandū ꝑiculū fuit:nocte ꝓ uictis Antiū agmine trepido ſauciis ac parte
impedimētoꝝ relicta abierūt. Armoꝝ magna uis tum īter cæſa corpora
hoſtium:tum caſtris inuenta eſt:ea Luæ matri dare ſe conſul dixit:fineſq̄ hoſtiū uſq̄ ad oram mari-
timā eſt depopulatus. Alteri conſuli Aemylio īgreſſo ad ſabellū agrum nō caſtra ſamnitiū:nō legiones
uſquā oppoſitæ:ferro igniq̄ uaſtantē agros legati ſamnitiū pacem orātes adeunt:a quo reiecti ad ſena-
tum poteſtate facta dicēdi:poſitis ferocibus animis:pacē ſibi ab romanis belliq̄ ius aduerſus ſidicinos
petierunt:q̄ ſe eo iuſtius petere quod in amicitiam Po.Ro.ſecūdis ſuis rebus:nō aduerſis ut cāpani ue
niſſent:& aduerſus ſidicinos ſumerent arma ſuos ſemꝑ hoſtes Po.Ro.nunq̄ amicos:q̄ nec ut ſamnites
in pace amicitiā:nec ut campani auxilium in bello petiſſent:nec in fide Po.Ro.nec in ditione eſſent. Cū
de poſtulatis ſamnitium. T. Aemylius prætor ſenatum cōſuluiſſet:reddendumq̄ his fedus patres cen-
ſuiſſent:prætor ſamnitibus reſpondit. Nec quo minus perpetua amicitia eſſet per Po.Ro. ſtetiſſe: nec
contradici quin quoniam ipſos belli culpa ſua contracti tedium cœperit:amicitia deintegro reconcilie
tur. Quod ad ſidicinos attinet:nihil ītercedi quo minus ſamniti populo pacis belliq̄ liberum arbitriū
ſit. Fœdere icto:cum domū reuertiſſent:extēplo inde exercitus romanus ductus annuo ſtipēdio & triū
mēſium frumento accepto:qđ pepigerat conſul:ut tēpus induciis daret:quoad legati rediſſent. Samni
tes copiis iiſdem:quibus uſi aduerſus romanum bellum fuerāt:cōtra ſidicinos profecti haud in dubia
ſpe erant mature hoſtiū urbis potiūdæ. Tum ab ſidicinis deditio prius ad romanos cœpta fieri ē:deīde
poſteaq̄ patres ut ſeram eam ultimaq̄ tandem neceſſitate expreſſam aſpernabātur:ad latinos iam ſua
ſpōte in arma motos facta ē:nec campani q̄dem adeo iniuriæ ſamnitiū:quam beneficii romanoꝝ me
moria præſentior erat:his ſe armis abſtinuere. Ex his tot populis ingēs exercitus duce latino fines ſam
nitium ingreſſus plus populationibus:quam præliis cladiū fecit:& quāq̄ ſuperiores certaminibus lati
ni erant haud inuiti:ne ſæpius dimicandū foret:agro hoſtium exceſſere. Id ſpatium ſamnitibus datū
eſt Romam legatos mittēdi:qui cum adiſſent ſenatum:cōqueſti eadem ſe fœderatos pati:quæ hoſtes
eſſent paſſi:ꝑcibus infimis petiere:ut ſatis ducerent romani uictoriā.quam ſamnitibus ex campano ſi-
dicinoq̄ hoſte eripuiſſent ne uinci ēt ſe ab ignauiſſimis populis ſinerent:latinos campanoſq̄:ſi ſub di
tione populi romani eſſent pro imperio arcerent ſamniti agro:ſin imperiū abnuerent:armis coercerēt
Aduerſus hæc reſponſum anceps datū:quia fateri pigebat in poteſtate ſua latinos iam non eſſe:time-
bantq̄ ne arguendo abalienarent. Campanoꝝ aliam conditionē eſſe:q̄ non fœdere:ſed per deditionē
in fidem ueniſſent:itaq̄ cāpanos ſeu uelint:ſeu nolint quieturos.in fœdere latino nihil eſſe:quod bel-
lare:cū quibus ipſi uelint:prohibeantur. Quod reſponſum ſicut dubios ſamnites:quidnā facturū ro-
manum cenſerent:dimiſit:ita campanos metu abalienauit:latinos uelut nihil iam non concedentibus
romanis ferociores fecit. Ita per ſpeciem aduerſus ſamnites belli parandi crebra concilia indicentes:om
nibus conſultationibus inter ſe principes occulte romanū coquebant bellum:huic quoq̄ aduerſus ſer
uatores ſuos bello cāpanus aderat. Sed quāq̄ oīa de induſtria celabantur: priuſq̄:quā mouerentur ro-
mani.tolli ab tergo ſamnitē hoſtē uolebāt:tamē ꝑ quoſdam priuatis hoſpiciis neceſſitudinibuſq̄ con
iunctos inditia coniurationis eius Romam emanarunt:iuſſiſq̄ ante tꝑs conſulibus abdicare ſe magi-
ſtratu:quo maturius noui conſules aduerſus tantam molē belli crearentur:Religio īceſſit ab eius:quo
rum īminutum imperiū eſſet:comitia haberi:itaq̄ interregnū initum:quo interreges fuerūt. M. Vale
rius. M. Fabius creauere conſules. T. Manliū Torquatum tertium. P. Decium Murē. Eo anno Alexan-
drum Epiri regem in Italiā claſſe appuliſſe conſtat:quod bellū:ſi prima ſatis proſpera fuiſſent:haud du
bie ad romanos ꝑueniſſet. Eadem ætas reꝝ magni Alexandri eſt:quem ſorore huius ortum in alio tra
ctu orbis inuictum bellis iuuenē fortuna morbo extinxit. Cæteꝝ romani:& ſi defectio ſocioꝝ noīſq̄
latini haud dubia erat:tamē tāq̄ de ſamnitibus non de ſe curā agerēt:decē principes latinoꝝ Romā euo
cauerunt:quibus imperarent:quæ uellent. Prætores tum duos latini habebant. L. Anniū Setinum: &
L. Numitiū Cercienſem ambo ex coloniis romanis:per quos ꝑter Signiam: Velitraſq̄:& ipſas colonias
romanas uolſci ēt exciti ad arma erant:eos noīatim euocari placuit: Haud cuiq̄ dubiū erat: ſuper qua
re accirentur:itaq̄ concilio prius habito:prætores quam Romā proficiſcerentur:euocatos ſe ab ſenatu
docent romano:& quæ actum iri ſecum credant:quidnā ad ea reſponderi placeat:referunt. Cum aliud
alii cenſerent:tum Annius:quanq̄ ipſe ego rettuli:quid reſponderi placeret:tamē magis ad ſummā re-
rum noſtraꝝ pertinere arbitror:quid agendū nobis:quam quid loquendū ſit:facile erit explicatis con

T.Manliuſ.P. Deciuſ conſ.

ſiliis accõmodare rebus uerba.Nam ſi ét nunc ſub umbra fœderis æqui ſeruituté pati poſſumus:qd
abeſt:quin ꝓditis ſidicinis non romanoꝶ ſolum:ſed ſamnitiũ quoqꝫ dicto pareamus?reſpõdeamuſqꝫ
romanis nos:ubi innuerint:poſituros arma?Sin aũt tandem libertatis deſideriũ mordet:aĩos:ſi fœdus
eſt ſi ſocietas æquatio iuris eſt:ſi cõſanguineos nos romanoꝶ eſſe: quod olim pudebat:nunc gloriari
licet:ſi ſocialis ullus exercitus iis eſt:quo adiuncto duplicent uires ſuas:qué ſecernere cõſules ab ſe bel/
lis propriis ſumendis ponendiſqꝫ nolint:cur non oĩa æquantur?cur nõ alter a latinis conſul datur?ubi
pars uirium:ibi & imperii pars eſt.Eſt quidé nobis hoc ꝑ ſe haud nimis amplũ: quippe cõcedentibus
Romá caput Latio eſſe:ſed ut amplũ uideri poſſet:diuturna patiétia fecimus.At ſi quádo unq̃ cõſociá/
di imperii uſurpandæ libertatis tp̃s optaſtis en hoc tp̃s adeſt & uirtute ueſtra & benignitate deum uo/
bis datũ.Téptaſtis patientiam negando milité:quis dubitat exarſiſſe eos cũ:plus ducentoꝶ annorum
moré ſoluerimus?pertulerũt tamé hunc dolorem:bellũ noſtro noĩe cũ pelignis geſſimus:qui ne no/
ſtroꝶ quidé finiũ ꝑ nos tuendoꝶ ius antea dabant:nihil interceſſerunt.Sidicinos in fidé receptos:cam
panos ad nos ab ſe deſciſſe:exercitus nos parare aduerſus ſamnites fœderatos ſuos audierunt:nec mo/
uerunt ſe ad urbe:unde hæc illis tanta modeſtia:niſi cõſcientia uiriũ & noſtraꝶ & ſuarum?Idoneos au
ctores habeo querentibus de nobis ſamnitibus ita reſpoſum ab ſenatu romano eſſe:ut facile appare/
ret:ne ipſos quidé iam poſtulare ut Latiũ ſub romano imperio ſit:uſurpate modo poſtulando:&quod
illi uobis taciti concedunt.Si qué hoc metus dicere prohibet:en ipſe audiente nõ populo romano mo
do ſenatuqꝫ:ſed Ioue ipſo:qui capitoliũ incolit:profiteor me dictuꝶ:ut ſi nos in fœdere ac ſocietate eſſe
uelint:conſulem alteꝶ ab nobis ſenatuſqꝫ partem accipiant.Hæc ferociter non ſuadenti ſolũ:ſed polli/
centi clamore & aſſenſu oés permiſerunt ut ageret diceretqꝫ quæ e repu.noĩs latini fideqꝫ ſua uideren/
tur.Vbi eſt Romá uentum:in capitolio ei ſenatus datus eſt:ibi cum.T.Manlius conſul egiſſet cum eis
ex auctoritate patrũ:ne ſamnitibus fœderatis bellũ inferrent.Annius tanq̃ uictor armis capitolium ce
piſſet:nõ legatus iure gentium loqueretur:tp̃s erat:inquit.T.Manli:uoſqꝫ patres conſcripti tandé iam
uos nobiſcũ nihil pro imperio agere:cum florétiſſimum deum begnitate nũc Latiũ armis uiriſqꝫ ſam
nitibus bello uictis ſidicinis cápaniſqꝫ ſociis:nunc ét uolſcis adiunctis uideretis:colonias quoqꝫ ueſtras
latinum romano prætuliſſe imperium:ſed quoniam uos:regno impotéti finem ut imponatis:nõ ĩdu
citis in aĩum nos quáq̃ armis poſſumus aſſerere Latium in libertatem:cõſanguinitati tamé hoc dabi/
mus:ut cõditiones pacis feramus æquas utriſqꝫ:quoniam uires quoqꝫ æquari diis immortalibus pla/
cuit:cõſulem alteꝶ roma alterum ex Latio creari oportet:ſenatus parté æquá ex utraqꝫ géte eé unum
populum uná rempu.fieri:& ut imperii eadem ſedes ſit:idéqꝫ oĩbus nomen quoniam ab alter:utraqꝫ
parte cõcedi neceſſe é:quod.utriſqꝫ:bene uertat:ſit hæc ſane patria potior:& romani omnes uocemur.

Atꝭ ſu/
perbũ
latiorũ
reſpon/
ſum

Forte ita accidit:ut parem ferociæ huius & romani conſulem.T.Manlium haberent: qui adeo non
tenuit iram:ut ſi tanta dementia patres conſcriptos cœpiſſet:ut ab ſetino homine leges acciperent:gla/
dio cinctum in ſenatum ſe eſſe uéturum palam diceret:& quécũqꝫ in curia latinum uidiſſet:ſua manu
interépturum: & conuerſus ad ſimulacrum Iouis Audi Iuppiter hæc ſcelera:inquit:audite ius faſqꝫ:pe
regrinos conſules & peregrinũ ſenatũ in tuo Iuppiter augurato templo captus:atqꝫ ipſe oppreſſus uiſu
rus es?hæccine fœdera Tullus romanus rex cum albanis patribus ueſtris latini?hæc.L. Targnius uo/
biſcum poſtea fœdera fecit?Non uenit in menté pugna apud regillũ lacum?adeo & cladium ueſtraꝶ
ueterum:&beneficioꝶ noſtroꝶ erga uos obliti eſtis?Cum cõſulis uocem ſubſecuta patrum ĩdignatio
eét:prodit̃ memoriæ aduerſus crebram ĩplorationé deũ:quos teſtes fœdeꝶ ſæpius inuocabát cõſules
uocé Annii ſpernentis numina Iouis romani auditam:certe cũ cõmotus ira ſe ab ueſtibulo tépli citato
gradu ꝓriperet:lapſus ꝑ gradus capite grauiter offenſo impactus imo ita eſt ſaxo ut ſopiret̃: exanima/
tum auctores quoniá non oéſſunt:mihi quoqꝫ in ĩcertũ relicto ſit:ſicut ĩter fœderũ ruptoꝶ teſtationẽ
ingenti fragore cæli procellam effuſam:nam & uera eé:& apte ad repreſentandam iram deũ ficta poſ/
ſunt.Torquatus miſſus ab ſenatu ad dimittédos legatos:cum iacétem Anniũ uidiſſet: exclamat: ita ut
populo patribuſqꝫ audita uox pariter ſit:bene habet:dii pium mouete bellum:eſt cæleſte numé:es ma
gne Iuppiter:haud fruſtra te patrem deũ hoĩumqꝫ hac ſede ſacrauimus;Quid ceſſatis ꝗrites:uoſqꝫpr̃es
conſulti arma capere diis ducibus?ſic ſtratas legiones latinoꝶ dabo quéadmodum legatũ iacentem ui
detis.Aſſenſu populi excepta uox conſulis tantum ardoris animis fecit:ut legatos ꝓficiſcentes cura ma
giſtratuum magis:q iuſſu conſulis ꝓſequebant̃: quá ius gétium ab ira ĩpetuqꝫ hoĩum tegeret.Conſen
ſit & ſenatus bellũ:cõſuleſqꝫ duobus ſcriptis exercitibus ꝑ marſos pelignoſqꝫ ꝓfecti:adiũcto ſamnitiũ
exercitu:ad Capuá:quo iá latini ſociiqꝫ cõuenerát:caſtra locát.Ibi ĩ qete utriqꝫ cõſuli eadé dicit̃ uiſa ſpe/
cies uiri maioris quá humano habitu auguſtioriſqꝫ dicétis:ex una acie ĩperatorem:ex altera exercitum
diis manibus:matriqꝫ Terræ deberi utrius exercitus ĩperator legiones hoſtiũ ſuperqꝫ eas ſe deuouiſſet
eius populi partiſqꝫ uictoriam fore.Hos ubi nocturnos uiſus ĩter ſe cõſules contulerũt:placuit ad aue/
rũcandam deum iram uictimas cædi:ſimul ut ſi ex eis eadé:quæ ſomno uiſa fuerant: portéderent̃: al/
teruter conſulum fata impleret.Vbi reſponſa aruſpicum inſidenti iam animo tacitæ religioni cõgrue/
runt:tum adhibitis legatis tribuniſqꝫ:& ĩperiis deũ ꝓpalá expoſitis.ne mors uolũtaria cõſulis exercitũ
in acie terreret:cõparát ĩter ſe:ut ab utra parte cedere romanus exercitus cœpiſſet:ĩde ſe cõſul deuoue/
ret ꝓ Po.Ro.ꝗritibuſqꝫ.Agitatũ ét ĩ cõcilio é:ut ſi q̃do unq̃ ſeuero ullũ ĩperio bellũ admĩſtratum eſſet:
tũc uti diſciplina militaris ad priſcoſ redigeret̃ moreſ.Curam acuebat:quod aduerſus latioſ bellãdum
erat:lingua:moribus:armoꝶ genere:inſtitutiſ ante oĩa militaribuſ congruenteſ militeſ milibuſ:cen/

Conſu
les ĩ ho/
ſtes du/
cunt

Atꝭ ꝓ/
digiũ ꝑ
qeté ob
latum

turionibus cēturiones:tribuni tribunis cōpares collegæq̨ iiſdem præſidiis ſæpe iiſdem manipulis per mixti fuerant.Per hæc nequo errore milites caperent:edicunt conſules neq̨ extra ordinem in hoſtem pugnaret.Forte inter cæteros turmarum præfectos q exploratum in oēs partes dimiſſi erant.T. Manlius conſulis filius ſuper caſtra hoſtium cum ſuis turmalibus euaſit:ut uix tæli iactu ab ſtatione proxima abeſſet:ibi tuſculani erant eqtes:pꝛerat.Genutius Metius uir tum genere īter ſuos:tum factis clarus Is ubi romanos eqtes inſignemq̨ inter eos pcedentem cōſulis filium:nam oēs īterſe utiq̨ illuſtres uiri nouerant:cognouit:una ne ait turma romani cum latinis ſociiſq̨ bellum geſturi eſtis? quid īterea cōſules:quid duo exercitus conſulares agent? Aderunt & tempore Manlius:inqt:& cum illis aderit Iuppiter ipſe fœderum a uobis uiolatorum teſtis:qui plus pōt polletq̨.Si ad regillum lacum ad ſacietetem ueſtram pugnauimus:hic quoq̨ efficiemus pfecto ne nimis acies uobis:& collata ſigna nobiſcum cordi ſint.Ad ea Genutius paululum ab ſuis equo prouectus:uis ne igit̄ dum dies iſta uenit: qua magno conatu exercitus moueatis:interea tu ipſe congredi mecum:ut noſtro duorum iam hinc euentu cernatur quantum eques latinus romano præſtet? Mouet ferocem animum iuuenis ſeu ira:ſeu detrectādi certaminis pudor:ſeu inexuperabilis uis fati:oblitus itaq̨ imperii patrii:conſulumq̨ edicti præceps ad id certamen agitur:quo-uinceret an uinceretur:haud multum ītereſſet.Equitibus cæteris uelut ad ſpectaculum ſummotis:ſpacio:quod parui interiacebat campi aduerſos cōcitāt equos: & cum īfeſtis cuſpidibus concurriſſent.Manlii cuſpis ſuper galeā hoſtis Metii trans ceruicem equi elapſa eſt: circūactis deīde equis:cum prior ad iterandum ictum Manlius cōſurrexiſſet:ſpiculum īter aures equi fixit:ad cuius uulneris ſenſum cū equus prioribus pedibus erectis magna ui caput quateret: excuſſit equitē: quē cuſpide parmaq̨ innixum attollentem ſe a graui caſu:Manlius a iugulo ita:ut p coſtas ferrum emineret terræ affixit:ſpoliiſq̨ lectis ad ſuos reuectus cum ouante gaudio turma in caſtra:atq̨ deīde ad ptorium ad patrē tendit ignarus fati futuri:q̄ laus an pœna merita eēt.Vt me oēs:inqt:pater:tuo ſanguine ortum uere ferrent:prouocatus equeſtria hæc ſpolia capta ex hoſte cæſo porto.Quod ubi audiuit conſul:extemplo filium aduerſatus concionem claſſico aduocari iuſſit:quæ ubi frequēs conuenit. Quādo quidem:īquit:tu.T.Manlii:neq̨ imperium conſulare:neq̨ maieſtatem patriam ueritus aduerſus edictum noſtrum extra ordinem in hoſte pugnaſti:& q̄tum ī te fuit diſciplinam militarem:qua ſtetit ad hanc diē romana res ſoluiſti:meq̨ in eam neceſſitatē adduxiſti:ut aut reipu.mihi:aut mei meorūq̨ obliuiſcēdum ſic:nos potius noſtro debito plectemur:quā reſpu.tanto ſuo dāno noſta peccata luat: triſte exēplum:ſed ī poſteꝝ ſalubre iuuentuti erimus.Me qdem cum ingentia caritas libeꝝ: tum ſpecimen iſtud uirtutis deceptū una imagīe decoris ī te mouet:ſed cū aut morte tua ſanctiēda ſint cōſulū īperia: aut īpunitate in ppetuum abroganda:nec te quidē:ſiquid in te noſtri ſanguinis eſt: recuſare cenſeam: quin diſciplinam militarem culpa tua prolapſam pœna reſtituas. Lictor deliga ad palum.Exanimati oēs tam atroci imperio:nec aliter: quam in ſe quiſq̨ diſtrictam cernētes ſecurim metu magis:quā modeſtia quieuere.Itaq̨ uelut emerſo ab admiratione aīo cum ſilentio defixi ſtetiſſent:repente poſteaquā ceruice cæſa fuſus eſt cruor tum libero conqueſtu coortæ uoces ſunt:ut neq̨ lamentis:neq̨ execratiōibus parceretur:ſpoliiſq̨ contectum iuuenis corpus:quantum militaribus ſtudiis funus ullum concelebrari poteſt:ſtructo extra uallum rogo concremaretur.Manliana īperia non in præſentia modo horrenda:ſed exempli etiam triſtis in poſterum eſſent:fecit tamen atrocitas pœnæ obedientem duci militem:prærerq̄ quod uigiliæ cuſtodiæq̨:& ordo ſtationum intentioris ubiq̨ curæ erant:& in ultimo ēt certamine:cum deſcenſum in aciem eſt:ea ſeueritas profuit:fuit enim ciuili maxime bello pugna ſimilis:adeo nihil apud latinos diſſonum ab romana repu. præter animos erat. Clypeis antea romani uſi ſunt:deinde poſteaquam ſtipendiarii facti ſcuta pro clypeis fecere:& quod antea phalanges ſimiles macedonicis:hoc poſtea manipulatim ſtructa acies cœpit:eſſe:poſtremo in plures ordines inſtruebatur. Ordo enim ſexagenos milites:duos centuriores uexillarium unum habebat.Prima acies haſtati erāt manipuli quindecim diſtantes inter ſe modicum ſpatium:manipulus leuis uicenos milites:aliam turbam ſcutatorum habeat:leues autem: qui haſtam tantum geſſaq̨ gererent:uocabantur.Hæc prima frons in acie florem iuuenum pubeſcentium ad militiam habebat.Robuſtior inde ætas totidem manipulorum quibus principibus eſt nomen:hos ſequebant̄ ſcutati omnes inſignibus maxime armis: hoc.xxx.manipulorum agmen antepilanos appellabant:quia ſub ſignis iam alii quindecim ordines locabantur:ex quibus ordo unuſquiſq̨ tres partes habebat:earum unamquamq̨ primumpilum uocabant:tribus ex uexillis conſtabat:uexillum . clxxxiii.homines erant.Primum uexillum triarios ducebat ueteranum militem ſpectatæ uirtutis:ſecundum rorarios minus roboris ætate factiſq̨:tertium ac cenſos minimæ fiduciæ manu: eo & in poſtremam aciem reiiciebantur.Vbi his ordinibus exercitus inſtructus eſſet:haſtati oīum primi pugnam inibant.Si haſtati profligare hoſtem nō poſſent:pede pſſo eos retrocedentes in interualla ordinum principes recipiebant:tum principū pugna erat:haſtati ſequebantur:triarii ſub uexillis conſidebant:ſiniſtro crure porecto:ſcuta īnixa humeris:haſtas ſub erecta cuſpide in terra fixas:haud ſecus:quā uallo ſepta inhorreret acies:tenētes. Si apud principes quoq̨ haud ſatis proſpere eſſet pugnatum:a prima acie ad triarios ſenſim referebantur:inde rem ad triarios rediſſe:cū laborat̄:prouerbio increbruit.Triarii cōſurgentes ubi in īterualla ordinū ſuorum principes & haſtatos recepiſſent:extemplo compreſſis ordinibus uelut claudebant uias:unoq̨ continente agmine iam nulla ſpe poſt relicta in hoſtē incidebant.Id erat formidoloſiſſimum hoſti:cum uelut uictos inſecuti:nouam repente aciem exurgentem auctam numero cernebant.Scribebantur hæ quattuor fere

Pugnat Manlii cōſulis filius ex in iuſſu patris Mālius cōſul filiū ſecuri pcuſſit Māliana īperia

Ordo qd ſit ī acie Haſtati prīcipes Māipulus Vexillum Triarii

legiones quiniſmillibus peditum:equitibus in ſingulas legiones trecentis:alterū tantum ex latino de/ ex quot
lectu adiiciebat:q ea tempeſtate hoſtes erant romanis:eodemqꝫ ordie iſtruxerant aciem. Tum nec ue/ millibꝫ
xilla cum uexillis tantum:uniuerſi haſtati cum haſtatis:principes cum principibus:ſed cēturio quoqꝫ cōſtaret
cum cēturione ſi ordines turbati nō eēnt:concurrēdum ſibi eſſe ſciebat. Duo primipili ex utraqꝫ acie exercitꝫ
inter triarios erant:Romanus corpore haud quaquā ſatis ualidus:cæterum ſtrenuus uir perituſqꝫ mi/
litiæ:Latinus uiribus ingens:bellatorqꝫ primus:notiſſimi inter ſe:qa ſemꝑ pares ordines duxerūt.Ro/
mano haud ſatis fidēti uiribus iam Romæ ꝓmiſſum erat ab cōſulibus:ut ſubcenturionē ſibi quē uel/
let:legeret:q tutaret eum ab uno deſtinato hoſte:iſqꝫ iuuenis in acie oblatus ex cēturione latino uicto/ Vbi cū
riam tulit.Pugnatum ē haud ꝓcul a radicibus ueſuuii montis:qua uia ad Veſerim ferebat.Romani cō latinus
ſules:priuſquā educerēt in aciem:īmolauerunt.Decio caput iecineris a familiari parte cæſum aruſpex pugna/
dicitur oſtēdiſſe:alioquin acceptam diis hoſtiam eē:Manlium egregie litaſſe:Atqui bene habet:inquit tum
decius:ſi a collega litatū eſt.Inſtructis:ſicut ante dictū ē:ordinibus ꝓceſſere in aciem:Manlius dextero.
Decius leuo cornu ꝑerat.Primo utrinqꝫ æquis uiribus eodē ardore animorum gerebatur res:deide ab
leuo cornu haſtati romani non ferentes impeſſionem latinoꝝ ſe ad principes recepere.In hac trepida/
tione Decius conſul.M.Valerium magna uoce inclamat:Deorum:inquit:ope Valeri opus ē: agedum Atꝭ de/
pontifex publicus Po.Ro.præi uerba:quibus me pro legionibus deuoueam.Pōtifex eum togā prætex uouēdi
tam ſumere iuſſit:& uelato capite manu ſubter togam ad mentum exerta ſuꝑ tælum ſubiectum pedi formu/
bus ſtātem ſic dicere:Iane:Iuppiter:Mars pater:Quirine bellona:Lares:diui Nouēſiles:dii Indigetes:di lam
ui quorum eſt poteſtas noſtrorum hoſtiumqꝫ:diiqꝫ manes uos præcor:ueneror:ueniam peto feroqꝫ:
uti populo romano:Quiritium uim uictoriamqꝫ proſperetis:hoſteſqꝫ populi romani:Quiritium ter
rore formidine morteqꝫ afficiatis.Sicut uerbis nuncupaui:ita pro repu. Quiritium: exercitu: legioni/
bus:auxiliis populi romani:Quiritium:legiones:auxiliaqꝫ hoſtium mecum diis manibus deuoueo.

Hæc ita ꝑcatus lictores ire ad.T.Manliū iubet:matureqꝫ collegæqꝫ ſe deuotū ꝓ exercitu nūciare:ipſe
incictus cinctu gabino armatus in equū iſiluit:ac ſe in medios hoſtes īmiſit.Conſpectus ab utraqꝫ acie
aliqto auguſtior humano uiſu ſicut cælo miſſus:piaculū oīs deoꝝ iræ:q peſtē ab ſuis auerſam ī hoſtes
ferret.Ita oīs terror pauorqꝫ cū illo latus:ſigna primo latinoꝝ turbauit:deide ī totā penitus aciē ꝑuaſit. Deuotꝫ
Euidētiſſimū id fuit:qđ quacūqꝫ equo iuectus eſt:ibi haud ſecus:quā peſtifero ſydere icti pauebāt: ubi Decius
uero corruit obrutus tælis:īde iam haud dubiæ conſternatæ cohortes latinoꝝ fugā ac uaſtitatem late diis ma
fecerūt:ſimul & romani exolutis religiōe aīs uelut tum primū ſigno dato coorti pugnā integrā ædide nibus
runt:nam & rorarii procurrebant inter antepilanos:addiderantqꝫ uires haſtatis ac principibus:& tria/ cōcidit
rii genu dextero innixi nutū cōſulis ad cōſurgendū expectabāt.ꝓcedente deide certamine cū aliis par/
tibus multitudo ſuperare latinoꝝ:Manlius cōſul audito euentu collegæ cum ut ius faſqꝫ erat: lachry/
mis nō:minus quā laudibus ꝓſecutus tā memorabilē mortē eēt: pauliſper addubitauit:an cōſurgēdi
triariis tēpus eſſet:deinde melius ratus ītegros eos ad ultimū diſcrimē ſeruari:acceſos a nouiſſima acie
ante ſigna ꝓcedere iubet.Qui ubi ſubiere extēplo latini tāq idē aduerſarii feciſſent:triarios ſuos excita
uerūt:q aliquādiu pugna atroci cū & ſemetipſi fatigaſſent:& haſtas aut ꝑfregiſſent:aut hebetaſſent pel
lerēt ui tamē hoſtē debellatū iā rati ꝑuentūqꝫ ad extremā aciē:tū cōſul triariis cōſurgite nunc:inquit:
integri aduerſus feſſos:memores patriæ parentumqꝫ:& coniugū ac liberorum:memores conſulis pro
ueſtra uictoria morte occubantis.Vbi triarii conſurrexerūt integri refulgētibus armis:noua ex impro
uiſo orta acies receptis in īterualla ordinū antepilanis:clamore ſublato:principia latinorum perturbāt:
bis appello & prouoco ad populum: eũqꝫ tibi fugienti exercitus tui: fugienti ſenatus iudicium iudicem
fero qui certe unus pluſquam tua dictatura poteſt: polletqꝫ: uidero ceſſurus ne prouocatiõi ſis cui rex
romanus Tullus hoſtilius ceſſit. Ex curia in concionem itur: quo cum paucis dictator: cum omni ge/ Ad Ho
nere principũ magiſter equitum aſcendiſſet: deduci eũ de roſtris Papyrius in parté ĩferiorem iuſſit: ſe/ ratii iu/
cutus pater bene agis inquit: cũ eo nos deduci iuſſiſti: unde priuati uocé mittere poſſemus: Ibi primo dicium
non tá perpetuæ orationes: q̃ altercationes exaudiebãtur: uicit deinde ſtrepitũ uox & indignatio Fabii allusit
ſenis increpãtis ſupbiam crudelitatemqꝫ Papyrii: ſe quoqꝫ dictatorem Romæ fuiſſe: nec a ſe quéq̃ nec
plebis qdem hoíem: nõ céturionem: nõ milité uiolatũ. Papyriũ tanq̃ ex hoſtiũ ducibus: ſic ex romano
ĩperatore uictoriá & triũphum petere. Quãtũ ĩtereſſet ĩter moderationé antiquoꝝ: & nouá ſupbiam
crudelitatéqꝫ dictatoré Quĩtium Cincinatum in. L. Minutiũ cõſulem ex obſidione a ſe abreptũ nõ ul/
tra ſæuiſſe: quá ut legatũ ad exercitum ꝓ conſule relinqret. M. Furium Camillũ in. L. Furio q contépta
ſua ſenectute & auctoritate fœdiſſimo cũ euétu pugnaſſet: nõ ſolũ in p̃ſentia moderatum iræ eé: neqd
de collega ſecus populo aut ſenatui ſcriberet: ſed cũ reuertiſſet potiſſimum ex tribunis cõſularibus ha/
buiſſe qué ex collegis optione a ſenatu data ſocium ſibi ĩperii delegerit. Nam populi qdem: penes qué
poteſtas oĩum reꝝ eſſet: ne iram qdem unq̃ atrociorem in eos fuiſſe: q temeritate atqꝫ inſcitia exercitus
amiſiſſent: quá ut pecũia eos mulctaret: capite anquiſitũ ob rem bello male geſtam de ĩperatore nullo
ad eam diem eé: nunc ducibus Po. Ro. quæ ne uictis qdem bello fas fuerit: uirgas & ſecures uictoribus
& iuſtiſſimos meritis triũphos intéptari. Quid enim tandé paſſuꝝ fuiſſe filiũ ſuũ: ſi exercitũ amiſiſſet:
ſi fuſus fugatus caſtris exutus fuiſſet: quo ultra iram uiolétiamqꝫ eius exceſſurá fuiſſe. quá ut uerbera
ret necaretqꝫ: Quá cõueniens eé ꝓpter Quintũ Fabiũ ciuitaté in leticia uictoria ſupplicatiõibus ac gra
tulationibus eé: eum ꝓpter qué delubra pateant: aræ ſacrificiis fument: honore donis cumulent: nuda
tum uirgis lacerari in conſpectu populi romani: ĩtuenté capitoliũ: atqꝫ arcem: deoſqꝫ ab ſe duobus p̃liis
haud fruſtra aduocatos: quo id aío exercitũ: q eius ductu auſpiciiſqꝫ uiciſſet. latuꝝ: qué luctũ in caſtris
romanis: quá læticiá ĩter hoſtes fore. Hæc ſimul iurgans q̃renſqꝫ deũ hoíumqꝫ fidem obteſtás: & com/
plexus filiũ plurimis cũ lachrymis agebat. Stabat cũ eo ſenatus maieſtas: fauor populi: tribuniciũ auxi/
lium: memoria abſentis exercitus. Ex altera parte ĩperium inuictũ populi romani: & diſciplina rei mili
taris: & dictatoris edictũ ꝓ numine ſemꝑ obſeruatũ: & mãliana ĩperia & poſthabita filii caritas publi/
cæ utilitati iactabant. Hoc ét. L. Brutũ cõditorem romanæ libertatis antea ĩ duobus liberis feciſſe: nũc
patres comes & ſenes faciles de alieno ĩperio ſpreto tanq̃ rei paruæ diſciplinæ militaris euerſæ iuuétuti
gratiá facere ſe tamé perſtatuꝝ ĩcepto nec ei: q aduerſus dictum ſuũ turbatis religionibus ac dubiis au/
ſpiciis pugnaſſet: qcq̃ ex iuſta pœna remiſſuꝝ. Maieſtas ĩperii ꝑpetua ne eét nõ eé ĩ ſua ptãte. L. Papyriũ Att q̃ a
nihil de eius iure dimminutuꝝ: obtare ne poteſtas tribunicia inuiolata ipſa uiolet ĩtercesſione ſua ro/ Papy
manum ĩperiũ: neu populus romanus in ſe potiſſimũ dictatoré & ius dictaturæ extinguat. Quod ſi fe rio ĩ Fa
ciſſet: nõ. L. Papyriũ ſed tribunos: ſed prauũ populi iudiciũ nequicꝗ poſteros accuſaturos cũ polluta ſe/ biũ af/
mel militari diſciplina: nõ miles céturionis: nõ céturio tribuni: nõ tribunus legati: nõ legatus conſulis: ferrent
nõ magiſter eqtum dictatoris pareat ĩperio: nemo hoíum: nemo deoꝝ uerecundiá habeat: non edicta
imperatoꝝ: nõ auſpicia obſeruent: ſine cõmeatu uagi milites in pacato in hoſtico errent: ĩmemores ſa/

cramenti licentia ſola: ubi uelint:exauctorent: infrequentia deſerantur ſigna:neq; conueniatur ad edi/
ctum:nec diſcernatur interdiu nocte æquo iniquo loco:iniuſſu imperatoris pugnent:& non ſigna nõ
ordines ſeruent:latrocinii modo cæca & fortuita pro ſolemni & ſacrata militia ſit:Horum criminum
uos reos in oía ſæcula offerte tribuni plebis:ueſtra obnoxia capita pro licétia.Qu.Fabii obiicite:Stupé
tes tribunos & ſuam iam uicé magis anxios:q̄ eius:cui auxilium ab ſe petebať:liberauit onere conſen/
ſus populi romani ad preces & obteſtationé uerſus:ut ſibi pœnam magiſtri equitũ dictator remitteret
tribuni quoq; inclinatam rem in preces ſubſecuti:orare dictatorem inſiſtunt:ut ueniam errori huma
no:ueniam adoleſcentiæ:Qu.Fabii daret:ſatis eum penarum dediſſe : iam ipſe adoleſcens : iam pater.
M.Fabius contentionis obliti procumbere ad genua:& iram de precari dictatoris.Tum dictator ſilen/
tio facto bene habet:inquit:quirites:uicit diſciplina militaris:uicit imperii maieſtas:quæ in diſcrimi/

Atť. Papyrii dictatoris ꝓnúciationem

ne fuerunt an ulla poſt hanc diem eſſent:non noxæ eximitur.Qu.Fabius:qui contra edictum impera
toris pugnauit:ſed noxæ damnatus donatur populo romano:donatur tribunitiæ poteſtati:precarium
non iuſtum auxilium ferenti.Viue.Qu.Fabi fœlicior hoc conſenſu ciuitatis ad tuendũ te: quá in qua
pauloante exultabas uictoria:uiue id facinus auſus:cuius tibi ne parens quidem:ſi eodem loco fuiſſet
quo fuit.L.Papyrius:ueniam dediſſet.Mecum:ut uoles reuerteris in gratiam:populo romano:cui ui/
tam debes:nihil maius præſtiteris quam ſi hic tibi dies ſatis documenti dederit:ut bello ac pace pati le
gitima íperia poſſis.Cum ſe nihil morari magiſtrum equitum pronunciaſſet digreſſum eum templo
lætus ſenatus:lætior populus circunfuſi ac gratulantes hinc magiſtro equitum:hinc dictatori ꝓſecuti
ſunt:firmatumq; imperiũ militare haud minus periculo.Qu.Fabii:q̄ ſupplitio miſerabili adoleſcentis
Manlii uidebatur.Forte ita eo anno euenit:ut quotienſcunq; dictator ab exercitu receſſit:hoſtes in Sá/
nio mouerentur:cæterum in oculis exemplo erat.Qu.Fabius.M.Valerio legato:qui í caſtris præerat
ne quam uim hoſtium magis:q̄ trucem dictatoris iram timeret.Itaq; frumentatores cum circunuenti
ex inſidiis cæſi loco iniquo eſſent:creditum uulgo eſt ſubueniri eis a legato potuiſſe:ni triſtia edicta ex/
horruiſſet:ea quoque ira alienauit a dictatore militum animos:iam ante infenſos quod implacabilis.
Quinto Fabio fuiſſet:& quod ſuis precibus negaſſet ei:populo romono ueniam dediſſet Poſteaquam
dictator:præpoſito in urbe .L.Papyrio Craſſo magiſtro equitum.Quinto Fabio uetito quicquam ꝑ
magiſtratu agere:in caſtra rediit:neque ciuibus ſatis lætus aduentus eius:fuit:nec hoſtibus quicquam
attulit terroris.Namq; poſtero die ſeu ignari ueniſſe dictatorem:ſeu adeſſet an ab eſſet:parui facientes
inſtructa acie ad caſtra acceſſerunt:cæterum tantum momenti in uno uiro.L.Papyrio:fuit ut ſi ducis
cõſilia fauor ſubſecutus militum foret:debellari eo die cum ſamnitibus potuiſſe pro haud dubio ha/
bitum ſit:ita íſtruxit aciem loco ac ſubſidiis:ita omni arte bellica firmauit.Ceſſatum a milite ac de ídu
ſtria:ut obtrectareť laudibus ducis ípedita uictoria eſt.Plures ſamnitium cecidere:plures romani uul/
nerati ſunt.Senſit peritus dux:q̄ res uictoriæ obſtaret:temperádũ ígenium ſuũ eé:& ſeueritaté miſcen
dam comitati.Itaq; adhibitis legatis ipſe circũ ſaucios milites íſerens in tentoria caput:ſingulos ut ſeſe
haberét:rogitans:curam eoꝝ nominatim legatis tribuniſq; & ꝑfectis demandabat:rem ꝑ ſe populaꝛé
ita dexter egit:ut medédis corporibus animi multo plus militum íperatori recõciliareť:nec quicq̄ ad
ſalubritaté efficacius fuerit:quá qđ grato aío ea cura accepta eſt.Refecto exercitu cum hoſte cõgreſſus
haud dubia ſpe ſua militumq; ita fudit fugauitq; ſamnites:ut ille ultimus eis dies conferédi ſigna cum
dictatore fuerit.Inceſſit deíde:qua duxit:ꝑdæ ſpes uictor exercitus:pluſtrauitq; hoſtiũ agros nulla ar/
ma:nullam uim nec apertá nec íſidiis expertus.Addebat alacritaté:qđ dictator prædam oém edixerat

Victi Sãnites pacé poſ/cunt

militibus:nec ira magis publica:quá priuatum cõpendium in hoſté acuebat.His cladibus ſubacti ſam
nites pacé a dictatore petiere:cum quo pacti ut ſingula ueſtiméta militibus & annuũ ſtipédium daréť.
Cum ire ad ſenatũ iuſſi eſſent:ſecuturos ſe dictatoré reſpõderunt:unius eius fidei uirtutiq; cám ſuam
cõmendátes.Ita deductus ex ſamnitibus exercitus.Dictator triũphans urbem eſt ígreſſus:& cũ ſe dicta
tura abdicare uellet:iuſſu patrũ:priuſquá abdicaret:cõſules creauit Claudiũ Sulpiciũ Longum iterum
Q.Aemylium Cæritanũ.Samnites:íſecta pace:qa de cõdicionibus agebať:íducias ánuas ab urbe rettu
lerunt:nec eaꝝ ipſaꝝ ſancta fides fuit:adeo poſteaq̄ Papyriũ abiſſe magiſtratu núciatum eſt:arrecti ad

Claudi. Sulpi. Q.Ae/mylius conſ.

bellãdum animi ſunt:Claudio Sulpicio.Q.Aemylio:Aulum qdam annales habét cõſulé.Ad defectio
nem ſamnitium appulũ nouũ bellũ acceſſit.Vtroq; exercitus miſſi.Sulpicio ſamnites:Appulia Aemy
lio ſorte euenerũt.Sũt q nõ ipſis appulis bellũ illatũ:ſed ſocios eius gétis populos ab ſamnitiũ ui atq; in
iuriis defenſos ſcribát.Cæteꝝ fortuna ſamnitiũ uix a ſeipſis eo tpe ꝓpulſantium bellũ ꝓpius ut ſit ue/
ro facit nõ appulis ab ſamnitibus arma illata:ſed cum utraq; ſimul géte bellũ romanis fuiſſe.Nec tamé
res ulla memorabilis acta:ager appulus Samniũq; euaſtatũ: hoſtes nec:hic:nec illic inuenti. Romæ no
cturnus terror:ita ex ſomno trepidá repente ciuitatem exciuit:ut capitoliũ atq; arx mœniaq; & portæ
plena armatoꝝ fuerint:& cũ cõcurſatum clamatũq; ad arma oíbus locis eét:prima luce nec auctor:nec
cauſa terroris cõparuit.Eodé áno de tuſculanis flauia rogatiõe fuit iudiciũ.M.Flauius tribunus plebis
tulit ad populũ ut in tuſculanos aíaduerteret:quoꝝ ope ac cõſilio ueliterni priuernateſq; Po.Ro.bellũ
feciſſent: Populus tuſculanus cũ cõiugibus ac liberis Romá uenit:ea multitudo ueſte mutata & ſpecie
reoꝝ tribus circuit genibus ſe oíum aduoluens.Plus itaq; miſericordia ad pœnæ ueniam quá cá ad cri
men purgádum ualuit.Tribus oés ꝑter polliá antiquarunt legem.Polliæ ſnía fuit puberes uerberatos
necari:coniuges liberoſq; ſub corona lege belli uenire:memoriáq; eius iræ tuſculanis í pœnæ tam atro
cis auctores máſiſſe ad patrũ ætaté conſtat: nec quéq̄ ex pollia tribu candidatum ferme datũ Papyriá

ferre ſolitum. In ſequenti anno. Qu. Fabio. L. Fuluio conſulibus. A. Cornelius Aruina dictator: & M.
Fabius Ambuſtus magiſter equitum: metu grauioris in Samnio belli: conducta enim prætio a finiti/
mis iuuentus dicebatur intentiore delectu habito: egregium exercitum aduerſus ſamnites duxerũt ca/
ſtra in hoſtico incurioſe ira poſita tanquam procul abeſſet hoſtis: cum ſubito aduenere ſamnitium le/
giones tanta ferocia: ut uallum uſq; ad ſtationem romanam inferrent: nox iam appetebat: id prohibu/
it munimẽta adoriri: nec diſimulabant orta luce poſtero die facturos. Dictator ubi propiorẽ ſpe dimi/
cationẽ uidit: ne militũ uirtuti damno locus eſſet: ignibus crebris relictis: q conſpectum hoſtium fru/
ſtarenť: ſilentio legiões educit: nec tamen fallere ꝓpter propinqtatẽ n caſtroꝝ potuit: eques extemplo
inſecutus ita inſtitit agmini: ut donec luceſceret prælio abſtineret nec pedeſtres qdem copiæ ante lucẽ
caſtris egreſſæ. Eques luce demũ auſus incurſare ĩ hoſtem: carpendo nouiſſimos præmẽdoq; iniqs ad
tranſitum locis agmen detinuit interim pedes eqtem aſſecutus & totis iam copiis ſamnis urgebat. Tũ
dictator poſteaquã ſine magno incõmodo progredi nõ poterat: eũ ipſum: in quo conſtiterat: locum ca
ſtris cõmuniri iuſſit. Id uero circunfuſo undiq; eqtatu: ut uallum petereť: opuſq; inciperet: fieri nõ po/
terat: Itaq; cũ neq; eũdi neq; manendi copiam eſſe uidet: inſtruit aciem impedimẽtis ex acie remotis: in
ſtruũtur cõtra & hoſtes & animis: & uiribus pares. Auxerat id maxĩe aĩos quod ignari loco iniquo nõ
hoſti ceſſum. uelut fugiẽtes ac territos terribiles ipſi ſecuti fuerant. Id aliquandiu æquauit pugnã: iam/
pridem deſueto ſamnite clamorẽ romani exercitus pati: At hercule illo die ab hora diei tertia ad octa/
uam: ita anceps dicić certamen ſtetiſſe: ut neq; clamor ut primo ſemel cõcurſum eſt: ſublatus iteratus
ſit: neq; ſigna ꝓmota loco retroue recepta: neq; recurſum ab ulla ſit parte: in ſuo quiſque gradu obnixi
urgentes ſcutis ſine reſpiratione ac reſpectu pugnabant: fremitus æqualis tenorq; idẽ pugnæ in defati/
gationem ultimam: aut noctem ſpectabat. Iam uiris uires iam ferro ſuauis iam ducibus cõſilia deerant

Atť. ob ſtinatoſ ĩ pugna aĩos

cũ ſubito ſamnitium eqtes cum turma una lõgius prouecta accepiſſent impedimẽta romanoꝝ procul
ab armatis ſine præſidio: ſine munimẽto ſtare: auiditate prædæ impetũ faciũt. Quod ubi dictatori nũ/
cius trepidus attulit: ſine mõ ĩquit: ſe præda præpediãt: alii deinde ſuper alios diripi paſſim ferriq; for/
tunas militum uociferabãtur. Tũ magiſtro eqtum accito: uides tu: inqt. M. Fabi ab hoſtium eqte omiſ/
ſam pugnã: hærent impediti impedimẽtis noſtris: aggredere: qđ inter prædandũ omni multitudini
euenit diſſipatos: raros eqs inſidentes: raros: quibus ferrum in manu ſit: inuenies: equoſque: dum præ/
da onerant: cæde inermes cruentamq; illis prædã redde: mihi legiones peditũq; pugna curæ erũt penes
te equeſtre ſit decus. Eqtum acies qualis: quæ eſſe inſtructiſſima poteſt: inuecta in diſſipatos ĩpeditoſq;
hoſtes cæde oĩa replet: inter ſarcinas omiſſas repente obiacẽtes pedibus fugiẽtium conſternatorumq;
equoꝝ neq; pugnæ: neq; fugæ ſatis potentes cæduntť: Tum deleto ꝓpe equitatu hoſtium. M. Fabius
circunductis paulum alis a tergo pedeſtrem aciem adoritur: clamor inde nouus accedẽs & ſamnitium
animos terruit: & dictator ubi reſpectantes hoſtium anteſignanos: turbataq; ſigna & fluctuãtem aciẽ
uidit: tum appellare: tum adhortari milites: tribunos principeſq; ordinum nominatim ad iterandã ſe/
cum pugnam uocare. Nouato clamore ſigna inferuntur: & quocunq; ingrediebantur: magis magiſq;
turbatos hoſtes cernebant. Eques ipſe iam primis erat in conſpectu: & Cornelius reſpiciẽs ad manipu/
los militum quod manu: quod uoce poterat: mõſtrabat uexilla ſe ſuorum parmaſq; cernere equitum.
Quod ubi auditum ſimulq; uiſum eſt: adeo repẽte laboris per diem pene totum tolerati uulnerumq;
obliti ſunt: ut haud ſecus: quam ſi tum ĩtegri e caſtris ſignum pugnæ accepiſſent: concitauerint ſe ĩ ho/
ſtem. Nec ultra ſamnis tolerare terrorem equitum peditumq; ui potuit: partim in medio cæſi: partim
in fuga diſſipati ſunt. Pedeſtres reſtantes ac circunuentos cædunt: ab equite fugientium ſtrages eſt fa/
cta: inter quos & ipſe imperator cecidit. Hoc demum prælium ſamnitium res ita infregit: ũt omnibus

Cædũť Sãnites

conciliis fremerent: minime id quidem mirum eſſe: ſi impio bello & contra fœdus ſuſcepto: infeſtiori/
bus merito diis: quam hominibus nihil proſpere agerent: expiandum id bellum magna mercede luen
dumq; eſſe. Id referre tantum utrum ſupplicia noxio paucorum: an omnium ĩnoxio præbeant ſangui
ne: audebantq; iam quidem nominare auctores armorum. Vnum maxime nomen per cõſenſum cla/
mantium Brutuli Papyrii exaudiebatur. Vir nobilis potẽſq; erat haud dubie proximarum induciarũ
ruptor: de eo coacti referre prætores decretum fecerunt: ut Brutulus Papyrius romanis dederetur: &

Brutu/lus Pa/pyrius

cum eo præda omnis romana captiuiq; Romam mitterenť: quæq; res per fœciales ex fœdere repetitæ
eſſent: ſecundum ius faſq; reſtituerentur. Fœciales Romam: ut cẽſuerunt: miſſi: & corpus Brutuli exa/
nime ipẽ morte uoluntaria ignominiæ ſe ac ſupplicio ſubtraxit: placuit cum corpore bona eius quoq;
dedi. Nihil tamen earum rerum præter captiuos: & ſi qua cognita ex præda ſunt: acceptum eſt: ſed cæ/

Brutu/lus a Sã/nitibus cediť

terarum rerum irrita fuit deditio. Dictator ex ſenatuſconſulto triumphauit. Hoc bello a conſulibus
bellatum: quidam auctores ſunt: eoſque de Samnitibus triumphaſſe. Fabium etiam in Appuliam pro
ceſſiſſe: atque inde magnas prædas egiſſe nec diſcrepant quin dictator eo anno. A. Cornelius fuerit. Id
ambigitur belli ne gerendi cauſa creatus ſit: an ut eſſet qui ludis romanis: quia. L. Plautius prætor gra/
ui morbo forte implicitus erat: ſignum mittendis quadrigis daret: functuſque eo haud ſane memorã/

Nota p̃tores ſignũ da/re cõſu/eſſe quadrigis

di imperii miniſterio ſe dictatura abdicaret: nec facile eſt aut rem rei: aut auctorem auctori præferre.
Vitiatam memoriam funebribus laudibus reor falſiſque imaginum titulis: dum familia ad ſe quæ/
que famam rerum geſtarum honorumque fallente mendatio trahunt. Inde certe & ſingulorum ge/
ſta: & publica monumenta rerum confuſa: nec quiſquam æqualis temporibus illis ſcriptior extat:
quo ſatis certo auctore ſtetur.

# TITI LIVII PATAVINI HISTORICI AB VRBE CONDITA. LIBER NONVS.

T.Ve/turius Sp.Po/ſthũius conſ.

SEQVITVR Hunc annum nobilis Clade Romana caudina pax.T.Ve/
turio Caluino.Sp.Poſthumio cõſulibus.Samnites eo anno ĩperatorem
Claudiũ Pontiũ Herẽnii filiũ habuerũt:patre longe prudẽtiſſimo natũ:
primũ ipm̃ bellatorẽ ducẽꝗ.Is ubi legati:qui ad dedendas res miſſi erãt
pace ĩfecta redierũt:ne nihil actũ:inqt:hac legatiõe cẽſeatis: expiatum eſt
ꝗcqd ex fœdere rupto iraꝝ ĩ nos cæleſtium fuit.Satis ſcio: qbuſcũꝗ diis
cordi:fuit ſubigi nos ad neceſſitatẽ dedẽdi res:ꝗ a nobis ex fœdere repeti
tæ fuerãt iis nõ fuiſſe cordi tam ſupbe ab romanis: fœderis expiatõiem
ſpretã.Quid.n.ultra fieri ad placãdos deos mitigandoſꝗ hoĩes potuit ꝗ
qđ nos fecimus?Res hoſtiũ ĩ p̃da captas:ꝗ belli iure noſtræ uidebãt̃ re
miſimus auctores belli qa uiuos nõ potuimus:pfũctos iã fato dedimus
bona eoꝝ:neqd ex cõtagiõe noxæ remaneret penes nos.Romã portaui
mus.Quid ultra tibi romane:qd fœderi:qd diis arbitris fœderis debeo?
quẽ tibi tuaꝝ iraꝝ:quẽ meoꝝ ſuppliciorꝝ iudicẽ ferã? neminẽ neꝗ populũ neꝗ priuatũ fugio. Quod
ſi nihil cũ potẽtiore iuris humani relinquit̃ inopi:at ego ad deos uindices ĩtolerãdæ ſupbiæ cõfugiam
& p̃cabor ut iras ſuas uertãt in eos:qbus nõ ſuæ redditæ res:nõ alienæ accumulatæ ſatis ſint: quoꝝ ſæ
uitiã nõ mors noxioꝝ: nõ deditio exanimatoꝝ corpoꝝ nõ bona ſequẽtia domini deditionẽ exatient:
placari nequeãt:niſi hauriendũ ſanguinẽ laniãda uiſcera nr̃a p̃buerimus.Iuſtũ ẽ bellũ ſamnites:qbus ne
ceſſariũ:& pia arma:qbus nulla niſi ĩ armis reliquit̃ ſpes.Proĩde cũ reꝝ humanaꝝ maximũ momẽtũ
ſit:ꝗ ꝓpitiis rẽ:ꝗ aduerſis agãt diis: pro certo habete priora bella aduerſus deos magis:ꝗ hoĩes geſſiſſe:
hoc qđ ĩſtat ducibus ipſis diis geſturos.Hæc nõ læta magis:quã uera uaticinatus:exercitu educto circa
Caudiũ caſtra:ꝗ põt occultiſſime:ducit ĩde ad Calatiã:ubi iam cõſules romãos caſtraꝗ eẽ audiebat:mi
lites decẽ paſtoꝝ habitu mittit:pecoraꝗ diuerſos alium alibi haud ꝓcul romanis paſcere iubet p̃ſidiis:
ubi ĩciderĩt ĩ p̃datores:ut idẽ oĩbus ſermo cõſtet:legiones ſamnitiũ ĩ Appulia eẽ : Luceriã oĩbus copiis
circũſedere:nec ꝓcul abeſſe qn ui capiãt.Iam & is ẽt rumor ante de ĩduſtria uulgatus uenerat ad roma
nos:ſed fidẽ auxere captiui eo maxime:qđ ſermo ĩter oẽs cõgruebat.Haud erat dubiũ:qn lucerinis opẽ
romanus ferret bonis ac fidelibus ſociis:ſimul ne Appulia oĩs ad p̃ſentem terrorẽ deficeret:ea modo:ꝗ
irent:cõſultatio fuit.Duæ ad Luceriã ferebãt uiæ:altera ꝓpter oram ſuperi maris patens aptaꝗ:ſed ꝗto
tutior:tanto uere lõgior:altera ꝑ furcas caudinas breuior:ſed ita natura loci eſt:ſaltus duo alti ſiluoſiꝗ
ſunt montibus circa ſe ꝑpetuis ĩterſe iuncti:iacet ĩter eos ſatis patẽs clauſus in medio campus herbidus
aquoſuſꝗ:ꝑ quem medium iter eſt:ſed antequã uenias ad eum:intrandæ primæ anguſtiæ ſunt:& aut
eadem:quã te inſinuaueris:retro uia repetẽda:aut ſi ire porro pergas ꝑ alium ſaltum artiorem ĩpeditio
remꝗ euadẽdum.In eũ campũ uia alia ꝑ cauã rupẽ romani remiſſo agmine:cũ ad alias anguſtias pro/
tinus pergerent ſeptas deiectu arboꝝ ſaxorumꝗ ingentium obiacente mole inuenere.Cum fraus ho/
ſtilis apparuiſſet:præſidiũ etiã in ſummo ſaltu cõſpicitur:citati ĩde retro:ꝗ uenerãt:pergũt repetere uiã
eã quoꝗ clauſam ſua obice armiſꝗ ĩueniunt:ſiſtunt ĩde gradum ſine ullius imperio:ſtupor omniũ ani
mos ac uelut torpor qdam ĩſolitus mẽbra tenet:ĩtuenteſꝗ alii alios cũ alteꝝ quiſꝗ magis mẽtis com/
potẽ ac cõſilii ducerent:diu ĩmobiles ſilent:deĩde ubi prætoria cõſulum erigi uidere & expedire quoſ/
dam utilia operi:quanꝗ ludibrio fore muniẽtes perditis rebus ac ſpe omni adempta cernebãt:tamen
ne culpã malis adderẽt pro ſe quiſꝗ nec hortante ullo nec imperãte ad muniendum uerſi:caſtra prope
aquam uallo circũdant:ſua ipſa opera laborẽꝗ irritum:præterꝗ quod hoſtes ſuperbe increpabãt cum
miſerabili cõfeſſione eludentes:ad conſules mœſtos ne aduocãtes qdem in cõſilium:quando nec con/
ſilio:nec auxilio locus eſſet:ſua ſpõte legati ac tribuni cõueniunt: militeſꝗ in prætoriũ uerſi opẽ:quam
uix dii ĩmortales ferre poterãt ab ducibus expoſcunt.Querẽtes magis:ꝗ cõſulentes nox oppreſſit:cũ ꝓ

Inter/cludit̃ ro. exercitus

ĩgenio quiſꝗ fremerent:alius per obices uiaꝝ alius per diuerſa montiũ ꝑ ſiluas:qua ferri arma poterãt
eamus mõ ad hoſtẽ peruenire liceat:quẽ ꝑ annos iã ꝓpe.xx.uicimus : oĩa æqua ac plana erũt romano
in preſidũ ſamnitẽ pugnãti alius quo aut ꝗ eamus? num montes moliri ſede ſua paramus? dũ hæc ĩmi
nebunt iuga:qua tu ad hoſtẽ uenies armati inermes fortes ignaui pariter oẽs capti atꝗ uicti ſumus:ne
ferrũ qdem ad bene moriendũ oblaturus eſt hoſtis ſedẽs bellũ cõficiet.His ĩuicem ſermonibus tãquã
quietis ĩmemores nox traducta eſt.Ne ſamnitibus quidẽ conſiliũ in tam lætis ſuppetebat rebus itaꝗ

Herennii pontii ſnĩa

uniuerſi Herenniũ Pontium patrẽ ĩperatoris ꝑ litteras conſulendũ cẽſuerunt.Iam is grauior annis nõ
militibus ſolũ ſed ciuilibus quoꝗ abſceſſerat muneribus:ĩ corpore tamẽ affecto uigebat uis animi con
ſiliiꝗ.Is ubi accepit ad furcas caudinas ĩter duos ſaltus clauſos exercitus romanos:cõſultus ab nuncio
filii cenſuit oẽs inde quãprimũ inuiolatos dimittẽdos:quæ ubi ſpreta ſentẽtia eſt iterũꝗ eodẽ remeãte
nuncio cõſulebatur:cenſuit ad unũ oẽs interficidẽos.Quæ ubi tam diſcordia inter ſe uelut ex ancipiti
oraculo reſponſa data ſuut:quãquam filius ipſe in primis iam aĩum quoꝗ patris cõſenuiſſe in affecto
corpore rebat̃ tamen cõſenſu oĩum uictus eſt:ut ipſum in conſiliũ acciperet.Nec grauatus ſenex plau/
ſtro in caſtra dicitur:aduectus uocatuſꝗ in conſiliũ ita ferme locutus eſt:ut nihil ſententiæ ſuæ muta/
ret.cauſas tantum adiiceret.Priore ſe conſilio:quod optimũ duceret:cum potentiſſimo populo per in
gens beneficiũ perpetuam firmare pacẽ amicitiamꝗ:altero cõſilio ĩ multas ætates quibus amiſſis duo

bus exercitibus:haud facile receptura uires romana res bellū differre:tertium nullū conſilium eſſe Cū ſilius aliiq; principes pcunctando exquirerent:qd ſi media uia conſiliū caperetur:ut & dimitterentur icolumes:& leges is iure belli uictis īponerentur?iſta qdem ſententia:inquit:ea ē:quæ neq; amicos parat:neq; inimicos tollit:ſeruate modo quos ignominia irritaueritis.Ea ē romana gens:quæ uicta quieſcere neſciat:uiuet ſemp in pectoribus illoꝝ quicquid iſtuc præſens neceſſitas iniunxerit:neq; eos ante multiplices pœnas expetitas a nobis qeſcere ſinet. Neutra ſnīa accepta:Herennius domum aduectus. Et in caſtris romanis cū fruſtra multi conatus ad erumpendū capti eſſent:etiam oīum reꝝ inopia eēt: uicti neceſſitate legatos mittunt:qui primū pacem peterent æquam:ſi pacem nō impetrarēt: prouocarent ad pugnā.Tū Pontius debellatū eſſe reſpondit:& quoniā ne uicti quidem ac capti fortunam fateri ſcirēt:inermes cū ſingulis ueſtimentis ſub iugū miſſurum:alias cōdiciōes pacis æquas uictis ac uictoribus fore:ſi agro ſamnitiū decederēt:coloniæ abducerent:ſuis inde legibus romanū ac ſamnitem æquo fœdere uictuꝝ.His cōdicionibus paratum ſe eſſe fœdus cum conſulibus ferire:ſiquid eoꝝ diſpliceat:legatos iam redire ad ſe uetuit.Hæc cū legatio renunciaretur:tātus gemitus oīum ſubito exortus eſt: tantaq; mœſticia inceſſit:ut non grauius accepturi uiderentur:ſi nunciaret oībus eo loco mortē oppetēdā eſſe.Cū diu ſilentiū fuiſſet:nec conſules aut pro fœdere tam turpi:aut cōtra fœdus tam neceſſarium hiſcere poſſent:tum.L.Lentulus:qui tum princeps legatoꝝ uirtute atq; honoribus erat: patrem: inquit meum conſules ſæpe audiui memorantē ſe in capitolio unū nō fuiſſe auctorē ſenatui redimendæ auro a gallis ciuitatis:quando nec foſſa ualloq; ab ignauiſſimo ad opa ac muniendū hoſte clauſi eſſent:& erūpere ſi nō ſine periculo magno:tamen ſine certa pernicie poſſent.Quod ſi illis:ut decurrere ex capitolio armatis in hoſtem licuit:quo ſæpe modo obſeſſi in obſidētes eruperunt:ita nobis æquo:aut iniquo loco dimicandi tantūmodo cum hoſte copia eſſet:non mihi paterni animi īdoles ī conſilio dādo deeſſet: Equidē mortē pro patria præclarā eſſe fateor:& me uel deuouere pro Popu.Ro.legionibuſq;:uel ī medios me mittere hoſtes paratus ſum:ſed hic patriā uideo:hic quicquid romanoꝝ legionū eſt: quæ ſi p ſe ipſis ad mortē ruere uolunt:quid habent:quod morte ſua ſeruēt?tecta urbis dicat aliquis & mœnia: & eā turbā:a qua urbs īcolitur:imo hercule produntur ea magis oīa deleto hoc exercitu:nō ſeruantur: quis.n.ea tuebitur?imbellis uidelicet atq; inermis multitudo?tā hercule:quā a galloꝝ īpetu defendit: an a Veiis exercitū Camilluq; ducem implorabunt?Hic oīs ſpes opeſq; ſunt:quas ſeruando patriā ſeruamus:dedendo ad necem patriam deſerimus ac prodimus.At fœda atq; ignominioſa deditio eſt: ſed ea caritas patriæ eſt:ut tam ignominia eam:quā morte noſtra ſi opus ſit:ſeruemus.Subeatur ergo iſta: quantacunq; eſt īdignitas:& pareatur neceſſitati:quam ne dii quidē ſuperant.Ite conſules:redimite armis ciuitatē:quā auro maiores noſtri redemerunt.Cōſules pfecti ad Pontium in colloquiū cū de fœdere uictor agitaret:negarunt iniuſſu populi fœdus fieri poſſe nec ſine fœcialibus cerimoniaq; alia ſolemni.Itaq; nō ut uulgo credunt.Claudiuſq; etiam ſcribit fœdere pax caudina:ſed per ſpōſionē facta ē: quid enim aut ſpōſoribus ī fœdere opus eēt:aut obſidibus ubi pcatione res tranſigitur?per quē populū fiat:quo minus legibus dictis ſtetur:ut eū ita Iuppiter feriat:quemadmodū a fœcialibus porcus feriat? Spopōderunt cōſules:præfecti:legati:quæſtores:tribuni militū:nominaq; oīum:q ſpoponderūt:extāt ubi ſi ex fœdere acta res eſſet:pterq duoꝝ fœcialium nō extarent:& pp neceſſariā fœderis dilationē: ob fides etiam ſexcēti equites imperati:q capite luerent:ſi pacto non ſtaretur:tēpus inde ſtatutū tradendis obſidibus:exercituq; inermi mittēdo.Redītegrauit luctū ī caſtris cōſulū aduētus:ut uix ab iis abſtinerent manus:quoꝝ temeritate ī eū locū deducti eēnt:quoꝝ ignauia:fœdius īde:quā ueniſſent abituri illis nō ducē locoꝝ nō exploratorē fuiſſe:bælluaꝝ modo cæcos ī foueā miſſos alii alios intueri:cōtēplari arma mox tradēda & īermes futuras dextras obnoxiaq; corpora hoſti.Proponere ſibimetipſi āte oculos iugū hoſtile:& ludibria uictoris:& uultus ſupbos:& p armatos īermiū iter:īde fœdi agminis miſerabilē uiā p ſocioꝝ urbes:reditū ī pΓiam ac parētes:quo ſæpe ipſi maioreſq; eoꝝ triūphātes ueniſſent: Se ſolos ſine uulnere:ſine ferro:ſine acie uictos:ſibi nō ſtringere licuiſſe gladios:non manum cum hoſte cōferre:ſibi nequicquā animos datos.Hæc frementibus hora fatalis ignominiæ aduenit oīa triſtiora experiundo factura:quā quæ præceperant animis.Iam primū cum ſingulis ueſtimētis īermes extra uallum exire iuſſi:& primi traditi obſides:atq; in cuſtodiā abducti.Tum a cōſulibus abire lictores iuſſi:paludamētaq; detracta tantā īter eos:qui pauloante eos execrantes dedendos lacerandoſq; cenſuerāt miſerationē fecit:ut ſuæ quiſq; condicionis oblitus ab illa deformatione tantæ maieſtatis uelut a nefando ſpectaculo auerteret oculos.Primi conſules prope ſeminudi ſub iugum miſſi:tum ut quiſq; gradu proximus erat:ita ignominiæ obiectus:tum deīceps ſingulæ legiones circunſtabant armati exprobrātes eludenteſq;:gladii etiā plæriſq; intemptati:uulnerati quidam necatiq;:ſi uultus eoꝝ indignitate rerum acrior uictorē offendiſſet:ita traducti ſub iugū:& qđ pene grauius erat per hoſtiū oculos:cū ex ſaltu euaſiſſent:ac ſi uelut ab inferis extracti:tum primū lucem aſpicere uiſi ſunt: tamē ipſa lux ita deformē intuentibus agmen omni morte triſtior fuit.Itaq; cū ante noctem Capuam peruenire poſſent īcerti de fide ſociorum: & quod pudor præpediebat:circa uiam haud procul Capua omniū egena corpora humi pſtrauerūt.Quod ubi ē Capuam nunciatū:euicit miſeratio iuſta ſocioꝝ ſuperbiam ingenitā campanis:cōfeſtim inſignia ſua conſulibus:faſces:lictores:arma:equos ueſtimenta:commeatus militibus benigne mittunt:& uenientibus Capuam cunctus ſenatus populuſque obuiam egreſſus:iuſtis oībus hoſpitalibus priuatiſq; & publicis fungitur officiis:neq; illis ſocioꝝ comitas:uultuſq; benigni & alloquia nō modo ſermonem elicere:ſed ne ut oculos quidē attollerent:aut conſolantes amicos contra

Pareat neceſſitati q ne dii ſuperāt

Romanoꝝ cōſulum ignominia

Sub iugū mittit' Ro. exercitꝰ

intuerentur efficere poterãt:adeo ſuper mœrorem pudor quoqꝫ effugere colloquia & cœtus hominũ cogebat.Poſtero die cũ iuuenes nobiles miſſi a Capua:ut proficiſcentes ad finẽ campanum proſequerentur:reuertiſſent:uocatiqꝫ ĩ curiam ꝑcunctãtibus maioribus natu:multo ſibi mœſtiores & abiectiores animi uiſos referrent:adeo ſilens ac prope mutũ agmen inceſſiſſe:tacere indolem illam romanã: ablatoſqꝫ cum armis aĩos:nõ reddere ſalutẽ nõ ſalutantibus dare reſponſum:nõ hiſcere quemquam præ metu potuiſſe:tanq̃ ferentibus adhuc ceruicibus iugum ſub qđ emiſſi eẽnt. Habere ſamnites uictoriã non ꝑclaram ſolũ:ſed etiam perpetuã:cepiſſe.n.eos non Romam ſicut ante gallos:ſed quod multo bellicoſius fuerit romanã uirtutẽ ferociamqꝫ.Cũ hæc dicerẽtur audirenturqꝫ:& deploratũ pene Romanũ nomẽ in cõſilio socioꝝ fideliũ eẽt:dicitur Offillius Acalauius Oui filius clarus genere factiſqꝫ tũ etiam ætate uerendus:longe aliter ſe habere rẽ dixiſſe:ſilentiũ illud obſtinatũ:fixoſqꝫ ĩ terrã oculos : & ſurdas ad omnia ſolatia aures:& pudorẽ ĩtuendæ lucis:ingentẽ molem irarum ex alto animi ciẽtis indicia eẽ: aut romana ſe ignorare ingenia:aut ſilentiũ illud ſamnitibus flebiles breui clamores gemituſqꝫ excitaturũ:caudinæqꝫ pacis aliquãto ſamnitibus:quã romanis triſtiorẽ memoriã fore:qppe ſuos quẽqꝫ coꝝ animos habituꝝ ubicunqꝫ cõgreſſuri ſint:ſaltus caudinos nõ ubiqꝫ ſamnitibus fore.Iã Romæ & ſua infamis clades erat:obſeſſos primũ audierũt:triſtior deĩde ignominioſæ pacis:quã ꝑiculi nũcius fuit. Ad famam obſidionis delectus haberi cœptus erat:dimiſſus deĩde auxilioꝝ apparatus:poſteaquã deditionem tã fœde factam acceperũt:extẽploqꝫ ſine ulla publica auctoritate cõceſſum ĩ oẽm formã luctus ẽ. Tabernæ circa forum clauſæ:iuſticiumqꝫ in foro ĩ ſua ſpõte cœptũ:priuſq̃ indictũ:lati claui:annuli aurei poſiti:pene mœſtior exercitu ipſo ciuitas eſſe:nec ducibus ſolum atqꝫ auctoribus ſpõſoribuſqꝫ pacis iraſci:ſed inoxios etiam milites odiſſe & negare urbi tectiſue accipiẽdos.Quam concitationẽ animorũ fregit aduentus exercitus etiã iratis miſerabilis:nõ.n.tanq̃ in patriam reuertentes ex ĩſperato ĩcolumes ſed captoꝝ habitu uultuqꝫ ĩgreſſi ſero ĩ urbem:ita ſe ĩ ſuis quiſqꝫ tectis abdiderunt:ut poſtero die atqꝫ ĩ ſequentibus diebus nemo eoꝝ foꝝ aut publicũ aſpicere uellet.Cõſules in priuato abditi nihil pro magiſtratu agere:niſi qđ expreſſum ſenatuſconſulto ẽ:ut dictatorem dicerent comitioꝝ cauſa.Q.Fabiũ Ambuſtũ dixerunt:&.P.Aemyliũ Petũ magiſtrum equitũ:quibus uitio creatis:ſufecti.M.Aemylius Pappus dictator.L.Valerius Flaccus magiſter equitũ:nec per eos comitia habita:& quia tedebat populum omnium magiſtratuũ eius anni res ad interregnũ rediit:ĩterreges.Q.Fabius Maximus.M.Valerius Coruinus.Is cõſules creauit.Q.Publiũ Philonẽ:&.L.Papyriũ Curſorẽ iterum:haud dubio cõſenſu ciuitatis qđ nulli ea tempeſtate duces clariores eẽnt.Quo creati ſunt die:eo ſic.n.placuerat patribus: magiſtratũ inierunt.ſolẽnibuſqꝫ ſanctis ꝑfectis:de pace caudina rettulerũt:& Publius penes quẽ faſces erãt:dic Spuri Poſthumi:inqt.Qui ubi ſurrexit:eodẽ illo uultu quo ſub iugum miſſus erat:haud ſum ignarus:inqt:cõſules ignominiæ nõ honoris cauſa me primum excitatum iuſſumqꝫ dicere non tanq̃ ſenatorem:ſed tanq̃ reũ tã infelicis belli:quã ignominioſæ pacis:ego tamẽ q̃do neqꝫ de noxa noſtra: neqꝫ de pœna rettuliſtis:omiſſa defenſione quæ non difficillima eẽt apud haud ignaros fortunaꝝ humanarum neceſſitatũqꝫ ſñiam de eo de quo rettuliſtis:paucis peragam:quæ ſñia teſtis erit:mihi ne an legionibus ueſtris pepercerim:cum me ſeu turpi:ſeu neceſſaria ſpõſione obſtrinxi:qua tamẽ quãdo iniuſſu populi facta ẽ:nõ tenet populus romanus:nec qcquã ex ea præterq̃ corpora noſtra debent ſamnitibus. Dedamur per fœciales nudi uinctiqꝫ exoluamus religiõe populũ:ſi qua obligauimus:neqd diuini aut humani obſtet:quo minus iuſtum piumqꝫ de integro ineatur bellũ:interea conſules exercitũ ſcribere: armare:educere placet:nec prius ingredi hoſtiũ fines:quã oĩa iuſta ĩ deditionẽ noſtram perfecta erunt. Vos dii ĩmortales precor quæſoqꝫ ſi uobis nõ fuit cordi.Sp.Poſthumiũ.T.Veturiũ cõſules cũ ſamnitibus proſpere bellũ gerere:at uos ſatis habeatis uidiſſe nos ſub iugum miſſos:uidiſſe ſponſione infami obligatos:uidere nudos uĩctoſqꝫ hoſtibus deditos oẽm irã hoſtium noſtris capitibus excipiẽtes:nouos conſules legiõeſqꝫ romanas ita cũ ſamnite gerere bellũ uelitis:ut oĩa ante nos conſules bella geſta ſunt. Quæ ubi dixit:tãta ſimul admiratio miſeratioqꝫ uiri ĩceſſit hoĩes:ut modo uix crederẽt illũ eundẽ eẽ. Sp.Poſthumiũ:qui auctor tam'fœdæ pacis fuiſſe modo miſerarent:qđ uir talis etiam ꝑcipuũ apud hoſtes ſuppliciũ paſſurus eẽt ob iram diremptæ pacis.Cum oẽs laudibus modo ꝓſequentes uirũ ĩ ſñiam eius pedibus irent:temptata pauliſꝑ ĩterceſſio ẽ a.L.Liuio:&.Q.Melio tribunis plebis qui neqꝫ exolui religione populum aiebãt deditione ſua:niſi oĩa ſamnitibus:qualia apud Caudiũ fuiſſent:reſtituerent: neqꝫ ſe pro eo:qđ ſpõdendo pacẽ ſeruaſſent:exercitum Po.Ro.pœnam ullã meritos eſſe:neqꝫ ad extremum:cũ ſacroſancti eẽnt:dedi hoſtibus uiolariue poſſe.Tũ Poſthumius ĩterea dedite:iqt:ꝓfanos nos: quos ſalua religiõe poteſtis:dedetis deĩde & iſtos ſacroſanctos:cũ primum magiſtratu abierĩt:ſed ſi me audiatis:priuſq̃ dedãtur hic ĩ comitio uirgis cæſos:hãc iã ut ĩter calatæ pœnæ uſurã habeãt.Nã qđ deditione noſtra negant exolui religione populũ:id iſtos magis ne dedant:quã qa ita res habeat dicere qs adeo iuris fœcialiũ expers eſt:q ignoret? neqꝫ ego ĩficias eo patres cõſcripti tam ſpõſores:quam fœdera ſancta eẽ apud eos hoĩes:apud quos iuxta diuinas religiões fides humana colitur:ſed iniuſſu populi nego qcq̃ ſanciri poſſe:qđ populum teneat.An ſi eadem ſuꝑbia:qua ſpõſionẽ iſtã exꝑſſerunt: nobis ſamnites coegiſſent:nos uerba legitima dedentiũ urbes nũcupare:deditũ populũ romanũ uos tribuni diceretis? & hanc urbẽ templa delubra:fines:aquas ſamnitiũ eſſe? omitto deditionẽ:quoniam de ſponſiõe agitur.Quid tandẽ ſi ſpopondiſſemus urbẽ hanc relicturũ Populum Romanum? ſi ĩceſurum? ſi magiſtratus:ſi ſenatũ:ſi leges non habiturum? ſi ſub regibus futurum? Dii meliora:inquis:atqui non ĩdignitas rerum ſponſioni uinculum leuat.Siquid eſt:ĩ quo obligari populus poſſit:ĩ omnibus põt: & ne

Aut offi.legendũ ẽ aut ouilius & non offilius

Contra pliniũ q C.Marium primũ annulo aureo triũphaſſe ait Qu. Publiũ philonẽ L.Papyriũ cõſ.

Dubiũ an tribuni tamẽ eẽnt an poſtea creati

illud quidē:q̄d quoſdam forſitan moueat:refert:cōſul an dictator:an prætor ſpopōderit:& hoc ipſi ēt
ſamnites iudicauerūt:quibus nō fuit ſatis cōſules ſpōdere:ſed legatos:quæſtores tribunos militū ſpon
dere coegerunt.Nec a me nunc qſq̄ quæſiuerit:quid ita ſpoponderim:cū id nec cōſulis ius eſſet: nec il/
lis ſpōdere pacē:quæ mei nō erat arbitrii:nec pro uobis:qui nihil mandaueratis:poſſem.Nihil ad Cau
diū patres cōſcripti humanis cōſiliis geſtum ē:dii īmortales & ueſtris:& hoſtiū īperatoribus mentem
ademerunt:nec nos ī bello ſatis cauimus:& illi male partā uictoriā male ꝑdiderunt:dū uix locis:q̄bus
uicerāt:credūt:dū q̄cunq; cōdicione arma uiris ī arma natis auferre feſtināt.An ſi ſana mens fuiſſet: dif
ficile illis fuit:dū ſenes ab domo ad cōſultādum acerſunt:mittere Romā legatos cū ſenatu:cū populo
de pace & fœdere agere?tridui iter expeditis erat:interea in īduciis res fuiſſet:donec ab Roma legati aut
uictoriam illis certā:aut pacē afferrent:ea demū ſponſio eſſet:quā populi iuſſu ſpopōdiſſemus.ſed neq;
uos tuliſſetis:nec nos ſpopōdiſſemus:nec fas fuit alium reꝝ exitū eſſe:quā ut illi uelut ſomnio lætiore:
quā q̄d mētes eoꝝ capere poſſent:neq̄q̄ eluderētur:& noſtrū exercitū eadem:q̄ impedierat fortuna ex
pediret:unam uictoriā uanior irritam faceret pax:ſpōſio īterponeretur:quæ neminem ꝑter ſpōſorem
obligaret.Quid.n.uobiſcum patres conſcripti?quid cum Po.Ro.actum ē? quis uos appellare poteſt?
quis ſe a uobis dicere deceptum?hoſtis an ciuis?hoſti nihil ſpopōdiſtis:quē neminē ſpōdere pro uobis
iuſſiſtis:nil ergo uobis:nec uobiſcū ē:quibus nihil mādaſtis:nec cū ſamnitibus:cū q̄bus nihil egiſtis. Sā
nitibus ſpōſores nos ſumus rei ſatis locupletes in id:q̄d noſtrū ē:in id quod ꝑſtare poſſumus corpora
noſtra & animos:ī hæc ſæuiant:in hoc ferrū:ī hæc iras acuant.Quod ad tribunos plebis attinet: conſu
lite utrum ꝑſens deditio eoꝝ fieri poſſit:an ī diem differatur:nos interim.T.Veturi:uoſq; cæteri uilia
hæc capita luēdæ ſponſionis feramus:& noſtro ſupplicio liberemus romana arma.Mouit patres con/
ſcriptos tum cauſa:tum auctor:nec cæteros ſolū:ſed tribunos etiam plebei:ut ſe in ſenatus dicerent fo/
re poteſtate:magiſtratu inde ſe extemplo abdicauerūt:traditiq; fœcialibus cum cæteris Caudium du/
cendi.Hoc facto ſenatuſconſulto lux quædam affulſiſſe ciuitati uiſa eſt:Poſthumius ī ore erat:eū laudi
bus ad cælum ferebāt:deuotioni.P.Decii cōſulis aliis claris facinoribus æquabant:emerſiſſe ciuitatē ex
obnoxia pace illius cōſilio & opera:ipſum ſe cruciatibus & hoſtiū iræ offerre:piacula ꝓ populo dare ro
mano:arma cuncti ſpectant & bellū:q̄d deſyderāt futurum:ut congredi armatis cū ſamnite liceat.In ci
uitate ira odioq; ardente delectus oīum prope uoluntarioꝝ fuit:reſcriptæ ex eodē milite nouæ legiōes
ductuſq; ad Caudiū exercitus.Progreſſi fœciales:ubi ad portā uenere:ueſtem detrahi pacis ſpōſoribus
iubent:manus poſt tergum uinciri.Cū apparitor uerecundia maieſtatis Poſthumium laxe uinciret:quin
tu:inquit adduces loꝝ:ut iuſta fiat deditio?Tum ubi ī cœtum ſamnitiū & ad tribunal Pōtii uētum eſt
A.Cornelius Aruina fœcialis ita uerba fecit.Quādoq̄dē hiſce hoīes iniuſſu populi romani q̄ritium fœ
dus ictum iri ſpopōderunt:atq; ob eā rem noxā nocuerūt:ob eam rē:quo populus romanus ſcelere im
pio ſit ſolutus:hoſce hoīes uobis dedo.Hæc dicēte fœciali Poſthumius genu femur: q̄ta maxīe potuit
ui:perculit:& clara uoce ait ſe ſamnitem ciuē eſſe:illū legatum fœcialem a ſe cōtra ius gentium uiolatū:
eo iuſtius bellum geſturos.Tum Pontius nec ego iſtam deditionē accipiam:inquit: nec ſamnites ratā
habebūt:quin tu Spuri Poſthumi:ſi deos eſſe cēſes:aut omnia irrita facis:aut pacto ſtas?ſamniti popu
lo oēs:quos in poteſtate habuit:aut pro iis:pax debetur.Sed quid ego te appello:qui te captum uictori
cum qua potes fide:reſtituis?Po.Ro.appello:quē ſi ſponſionis ad furcas caudinas factæ pœnitet: reſti/
tuat legiones intra ſaltum:quo ſeptæ fuerunt:nemo quēq̄ deceperit:omnia pro īfecto ſint: recipiant ar
ma:quæ per pactionē tradiderunt:redeant:ī caſtra ſua:q̄cq̄d pridie habuerunt:quam ī colloquiū ē̄t uē
tum:habeāt:tū bellū:& fortia conſilia placeāt:tūc ſponſio & pax repudietur:ea fortuna iis locis:quā an
te pacis mentionem habuimus:geramus bellū:nec populus romanus conſulū ſponſionem: nec nos fi
dem Po.Ro.accuſemus.Nunq̄ ne cauſa de fiet:cur uicti pacto nō ſtetis?obſides Porſenæ dediſtis:furto
eos ſubduxiſtis:auro ciuitatē a gallis redemiſtis:īter accipiēdū aurum cæſi ſunt:pacē nobiſcū pepigiſtis
ut legiones uobis captas reſtitueremus:eam pacē irritā facitis:& ſemp aliq̄ fraudi ſpeciē iuris īponitis.
Nō probat populus romanus ignominioſa pace legiōes ſeruatas?pacē ſibi habeat:legiōes captas uicto/
ri reſtituat:hoc fide:hoc fœderibus:hoc fœcialibus cerimoniis dignū erat:ut q̄dem tu:q̄d petiſti:ꝑ pa/
ctionē habeas tot ciues īcolumes:ego pacē:quā hoſti tibi remittēdo pactus ſum : non habeam?hoc tu.
A.Corneli hoc uos fœciales iuris gentibus dicitis?Ego uero iſtos:quos dedi ſimulatis:nec accipio:nec
dedi arbitror:nec moror:quo minus ī ciuitatē obligatā ſpōſione cōmiſſā iratis oībus diis:quoꝝ eludit
numen:redeāt:geratur bellum q̄do ſpurius Poſthumius modo legatum fœcialem genu perculit: ita
dii credent ſamnitem ciuem Poſthumium non ciuem Romanum eſſe:& a ſamnite Romanum lega/
tum uiolatum:eo uobis iuſtum in nos factum eſſe bellum . Hæc ludibria religionum non pudere ī lū
cem proferre?& uix pueris dignas ambages ſenes ac conſulares fallendæ fidei exquirere?I lictor:deme
uincula Romanis : moratus ſit nemo:quo minus : ubi uiſum fuerit habeant . Et illi quidem forſitan
& publica:ſua certe liberata fide ab Caudio in caſtra Romana inuiolati redierunt. Samnitibus pro ſu/
perba pace infeſtiſſimum cernentibus renatum bellum : omnia quæ deinde uenerunt : non in animis
ſolum:ſed prope in oculis eſſe:& ſero nequicquam laudare ſenis Ponti utraq; conſilia:inter quæ ſe me
dia lapſos uictoriæ poſſeſſionem pace incerta mutaſſe : & beneficii & maleficii occaſione amiſſa : pu/
gnaturos cum eis:quos potuerint in perpetuum uel inimicos tollere:uel amicos facere:adeoque nullo
dum certamine inclinatis uiribus poſt caudinam pacem animi mutauerant : ut clariorem inter Ro/
manos deditio.Poſthumium:quam Pontiū ícruenta uictoria inter ſamnites faceret: & geri poſſe bel/

*Nō ui/ deo q̄ ratione Tri.ple. rei gerē dæ iter fuerunt*

*Att.in poſthu mio egregiā fidei cō ſtantiā*

*Poſthu mius & alii ca/ ſtra ro/ īuiolati redie runt*

Sánitiũ ꝑfidia ĩ fregel/lanos

lum romani pro uictoria certa haberent:ſamnites ſimul rebellaſſe uiciſſe crederẽt romanũ. Inter hæc
ſatricani ad ſamnites defecerãt:& Fregellæ colonia nec opinato aduẽtu ſamnitium:fuiſſe & ſatricanos
cum iis ſatis cõſtat:nocte occupata ẽ:timor ĩde mutuus utroſq; uſq; ad lucẽ quietos tenuit: lux pugnæ
initium fuit:quã aliquãdiu æquam:& quia pro aris & focis dimicabãt:& qa ex tectis adiuuabat imbel
lis multitudo tamẽ fregellani ſuſtinuerũt. Fraus deĩde rem inclinauit:qđ uocem audiri præconis ꝑaſſi
ſunt ĩcolumẽ abiturum:q arma poſuiſſet:ea ſpes remiſit a certamĩe animos:& paſſim arma iactari cœ/
pta. Pertinacior pars armata ꝑ auerſam portã erupit:tutiorq; eis audacia fuit:quã incautus ad credendũ
cæteris pauor: quos circũdatos igni neq̃q̃ deos fidemq; ĩuocantes ſamnites cõcremauerunt. Cõſules i/
ter ſe partiti prouincias Papyrius ĩ Appuliã ad Luceriã pergit:ubi equites romani obſides ad Caudium
dati cuſtodiebant:Publius in Samnio ſubſtitit aduerſus caudinas legiones. Diſtẽdit ea res ſamnitium
animos:quod nec ad Luceriam ire:ne a tergo ĩſtaret hoſtis:nec manere:ne Luceria interim amitteret:
ſatis audebãt:optimum uiſum ẽ cõmittere rem fortunæ & tranſigere cũ Publio certamẽ:itaq; in aciem
copias ducunt:aduerſus quos Publius cõſul cum dimicaturus eſſet:prius alloquendos milites ratus cõ
cionẽ aduocari iuſſit:cæterum ſicut ĩgenti alacritate ad ꝑ̃toriũ cõcurſum ẽ:ita præ clamore poſcẽtium
pugnam nulla adhortatio ĩperatoris audita eſt:ſuus cuiq; aĩus memor ignominiæ adhortator aderat.
Vadunt igit ĩ ꝓ̃lium urgẽtes ſigniferos:& ne mora in cõcurſu pilis emittẽdis ſtrĩgendiſq; ĩde gladiis eſ
ſet:pila uelut dato ad id ſigno abiiciunt:ſtrictiſq; gladiis curſu ĩ hoſtem ferũtur:nihil illic ĩperatoriæ ar
tis ordinibus:aut ſubſidiis locãdis fuit:oĩa ira militaris prope ueſano ordine egit. Itaq; non fuſi modo

Vĩcunt ſamni/tes

hoſtes ſunt:ſed ne caſtris quidẽ ſuis fugã ĩpedire auſi: Appuliã diſſipati petiere:Luceriã tamẽ coacto rur
ſus ĩ unũ agmine ẽ peruentũ. Romanos ira eadẽ:quæ per mediã hoſtiũ aciem ĩtulerat:& ĩ caſtra pertu/
tulit:ibi plus quam ĩ acie ſanguinis ac cædis factum:ꝑ̃dæq; pars maior ira corrupta: Exercitus alter cũ
Papyrio cõſule:locis maritimis ꝑuenerat Arpos per oĩa pacata ſamnitiũ magis iniuriis & odio:quã be
neficio ullo Po. Ro. nam ſamnites ea tẽpeſtate ĩ mõtibus uicatim habitãtes campeſtria & maritima lo/
ca cõtemptu cultoꝝ molliore:atq; ut euenit fere locis ſimili genere ipſi mõtani atq; agreſtes depopula/
buntur:quæ regio ſi fida ſamnitibus fuiſſet:aut peruenire Arpos exercitus romanus nequiſſet:aut ĩter
iecta ĩter Romã & Arpos penuria reꝝ oĩum excluſos a cõmeatibus abſumpſiſſet. Tum quoq; ꝓfectos
inde ad Luceriam iuxta obſidẽtes obſeſſoſq; inopia uexauit:oĩa ab Arpis romanis ſuppeditabãtur:cæ/
terũ adeo exigue ut militi occupato ſtatiõibus uigiliiſq; & opere:eques folliculis in caſtra ab Arpis fru/
mentũ ueheret:interdum occurſu hoſtiũ cogeret obiecto ab equo frumento pugnare & obſeſſis priuſq̃
alter cõſul uictore exercitu aduenit:& cõmeatus ex mõtibus ſamnitiũ inuecti erãt:& auxilia ĩtromiſſa.
Artiora oĩa aduẽtus Publii fecit:q obſidione delegata ĩ curam collegæ uacuus ꝑ agros cũcta ĩfeſta com
meatibus hoſtiũ fecerat. Itaq; cũ ſpes nulla eſſet diutius obſeſſos inopiam laturos:coacti ſamnites:q ad

Tarentinoꝝ legatoꝝ denũciatio

Luceriã caſtra habebãt:undiq; cõtractis uiribus ſigna cũ Papyrio cõferre:Per id tẽpus parãtibus utriſq;
ſe ad præliũ:legati tarẽtini ĩteruenerũt denũciantes ſamnitibus:romaniſq; ut bellũ omitterẽt: per utros
ſtetiſſet:quo minus diſcederetur ab armis:aduerſus eos ſe pro alteris pugnaturos. Ea legatione Papy/
rius audita perinde ac motus dictis eoꝝ cũ collega ſe cõmunicaturꝝ reſpõdit:accitoq; eo: cum tempus
omne ĩ apparatu cõſumpſiſſet:collocutus de re haud dubia ſignũ pugnæ ꝓpoſuit. Agẽtibus diuina hu
manaq;:q aſſolent:cũ acie dimicãdũ ẽ:cõſulibus tarẽtini legati occurſare reſpõſum expectãtes:qbus Pa
pyrius ait:auſpicia ſcđa eẽ tarẽtini pullarius nũciat:litatũ ꝑ̃terea ẽ egregie auctoribus diis:ut uidetis:ad
rẽ agẽdã ꝓficiſcimur. Signũ ĩde ferri iuſſit:& copias eduxit:uaniſſimã ĩcrepãs gẽtẽ:q ſuaꝝ ĩpotens reꝝ
præ domeſticis ſeditiõibus diſcordiiſq;:aliis modũ pacis ac belli facere æquũ cẽſeret. Sãnites ex parte al

Papyrii reſpon/ſum ad Tarẽti/nos le/gatos

tera cũ oẽm curã belli remiſiſſent:qa aut pacẽ uere cupiebãt:aut expediebat ſimulare:ut tarentinos ſibi
conciliarẽt:cũ ĩſtructos repẽte ad pugnã romanos cõſpexiſſent:uociferari ſe ĩ auctoritate tarẽtinoꝝ ma
nere:nec deſcẽdere ĩ aciẽ:nec extra uallũ arma ferre:deceptos potius quodcũq; caſus ferat:paſſuros quã
ut ſpreuiſſe pacis auctores tarẽtinos uideant. Accipe ſe omẽ cõſules aiũt:& eã ꝑ̃cari mentẽ hoſtibus:ut
ne uallũ qdẽ defendãt:ipſi ĩter ſe partitis copiis ſuccedũt hoſtiũ munimentis:& ſimul undiq; adorti cũ
pars foſſas explerẽt:pars uellerẽt:uallũ atq; ĩ foſſas ꝓruerẽt:nec uirtus modo ĩſita:ſed ira ẽt exulceratos
ignominia ſtimularet aĩos caſtra ĩuaſere:& ꝓ ſe qſq; nõ hæc furcas:nec Caudiũ:nec ſaltus ĩuios eẽ: ubi
errorẽ fraus ſupbe uiciſſet:ſed romanã uirtutẽ:quã nec uallũ:nec foſſæ arcerẽt memorãtes:cædũt pari
ter reſiſtẽtes:fuſoſq; ĩermes atq; armatos ſeruos:liberos:puberes:ĩpuberes:hoĩes:iumẽtaq;:nec ullum
ſupfuiſſet aĩal:ni conſules receptui ſignũ dediſſent:auidoſq; cædis milites e caſtris hoſtiũ ĩperio ac mi/
nis expuliſſent. Itaq; apud ĩfenſos ob ĩterpellatã dulcedinẽ iræ cõfeſtim oĩo habita eſt:ut doceret miles
minime cuiq̃ militũ cõſules odio ceſſiſſe aut ceſſuros:qn duces ſicut belli ita ĩſatiabilis ſupplicii futuros
fuiſſe:ni reſpectus equitum ſexcentoꝝ:qui Luceriæ obſides tenerent:ꝑ̃pediſſet aĩos:ne deſperata uenia
hoſtes cæcos ĩ ſupplicia eoꝝ ageret:perdere prius:quã perire optantes. Laudare ea milites: lætariq; ob/
uiam itum iræ ſuæ eẽ:fateri oĩa patienda prius:quã perderet ſalus tot prĩcipũ romanæ iuuentutis. Di/
miſſa cõcione:cõſiliũ habitum oĩbus ne copiis Luceriã premerent:an altero exercitu & duce appuli cir/
ca gens dubiæ ad id uoluntatis temptarentur. Publius cõſul ad peragrandam profectus Appuliam ali/
quot expeditione una populos aut ui ſubegit:aut cõdicionibus in ſocietatẽ accepit. Papyrio quoq;: qui
obſeſſor Luceriæ reſtiterat:breui ad ſpem euẽtus reſpõdit:nã inſeſſis oĩbus uiis:ꝑ quas cõmeatus ex Sã
nio ſubuehebatur:fame domiti ſamnites:qui Luceriæ in præſidio erãt:legatos miſere ad cõſulem Ro/
manũ:ut receptis eqtibus:q cauſa belli eẽnt:abſiſteret obſidione. His Papyrius ita reſpõdit debuiſſe eos

pontium Herēnii filiū:quo auctore romanos ſub iugū miſiſſent:conſulere:quid uictis patiendum cen
ſeret:cæterū quoniá ab hoſtibus in ſe æqua ſtatui:quam í ſe ipſi ferre maluerint:núciare Luceriá iuſſit:
arma:ſarcinas:iumenta:multitudiné omné im bellem intra mœnia relinquerét:milité ſe cū ſingulis ue
ſtimétis ſub iugum miſſuꝝ:ulciſcenté illatam nō nouam inferrétem iniuriam.Nihil recuſatū:ſeptem
millia militū ſub iugum miſſa:prædaq; ingés Luceriæ capta:receptis om nibus ſignis armiſq; : quæ ad
Caudium amiſerant:& qđ oīa ſuperabat gaudia equitibus recuperatis:quos pignore pacis cuſtodien-
dos Luceriá ſamnites dederant.Haud ferme alia mutatione ſubita rerú clarior uictoria populi Roma
ni eſt:ſiquidem ét quod quibuſdá í annalibus inuenitur Pontius Herennii filius ſamnitiū imperator:
ut expiaret cōſulum ignominiá ſub iugum cū cæteris eſt miſſus.Cæteꝝ id minus miror obſcuꝝ eſſe
de hoſtiū duce dedito miſſoq; ſub iugū id magis mirabile eſt ambigi.L.ne Cornelius dictator cum.L.
Papyrio Curſore magiſtro equitū ea res ad Caudiū atq; inde Luceriá geſſerit:ultorq; unicus romanæ
ignominiæ haud ſciam an iuſtiſſimo triūpho ad eam ætaté ſecūdū Furium Camillū triūphauerit : an
conſulis Papyrii præcipuū id decus ſit.Seqtur húc errorem alius error.Curſor ne Papyrius ꝑximis co-
mitiis cū.Q .Aurelio Ceretano iteꝝ ob ré bene geſtá Luceriæ cōtinuato magiſtratu cōſul tert.creatus
ſit:an.L.Papyrius Mugilanus & í cognomine erratū ſit.Conuenit iá inde per conſules reliqua belli per
fecta.Aurelius cū ferentanis uno ſecundo prælio debellauit:urbemq; ipſam:quo ſe fuſa cōtulerat acies
obſidibus íperatis í deditioné accepit.Pari fortuna cōſul alter cū ſatricanis:qui ciues romani poſt caudi
nam cladé ad ſamnites defecerant:præſidiumq; eoꝝ í urbem acceperát:ré geſſit:ná cū ad mœnia Satri
cæ admotus eſſet exercitus:legatiſq; miſſis ad pacem cum p̄cibus petendá triſte reſpōſum a cōſule red-
ditum eſſet:niſi præſidio ſamnitiū interfecto aut tradito ne ad ſe remearent:plus ea uoce:quá armis il-
latis terroris colonis iniectū.Itaq; ſubinde cū exequerentur quærendo a conſule legati:quo nam ſe pa-
cto paucos & íſirmos crederet præſidio tá ualido & armato uim allaturos:ab iiſdé cōſiliū petere iuſſi:
quibus auctoribus præſidiū in urbem accepiſſent:diſcedūt:ægreq; impetrato ut de ea re cōſuli ſenatū
reſponſaq; ad ſe referri ſineret:ad ſuos redeunt.Duæ factiones ſenatū diſtrahebant:una cuius principes
erant defectionis a Po.Ro.auctores:altera fidelium ciuium:certatum ab utriſq; tamen é:ut ad reconci-
liandá pacem cōſuli opera nauaret.Pars altera cū præſidium ſamnitiū:quia nihil ſatis p̄parati erant:ad
obſidioné tolerandá excurſuꝝ ꝑxima nocte eſſet:núciare cōſuli ſatis habuit:qua noctis hora : quamq;
per portá:& quá in uiá egreſſurus hoſtis foret:altera q̄bus iuitis deſcitum ad ſamnites erat: eadé nocte
portá ét cōſulibus aperuerunt:ita duplici ꝑditione & p̄ſidium ſamnitiū inſeſſis circa uiam ſilueſtribus
locis nec opinato oppreſſum é:& ab urbe plena hoſtiū clamor ſublatus:momētoq; unius horæ ſamnis
cæſus:ſatricanus captus:& oīa í poteſtate cōſulis erát:qui quæſtione habita:quoꝝ opera defectio eſſet
facta:quos ſontes comperit:uirgis cæſos ſecuri ꝑcuſſit:p̄ſidioq; ualido ípoſito arma ſatricanis ademit:
Inde ad triumphum deceſſiſſe Romá Papyriū Curſoré ſcribūt:qui eo duce Luceriam receptá : ſamni-
teſq; ſub iugum miſſos auctores ſunt:& fuit uir haud dubie dignus omni bellica laude:nō animi ſolū
uigore:ſed etiam corporis uiribus excellens:p̄cipua pedū ꝑnicitas inerat:quæ cognomé etiam dedit:ui
ctoremq; curſu omniū ætatis ſuæ fuiſſe ferūt:& ſeu uiriū ui:ſeu exercitatione multa:cybi uiniq; eundé
capaciſſimū:nec cum ullo aſperiorem:qa ipſe inuicti ab laboré corporis eſſet:fuiſſe militiam pediti pari
ter equitiq;:equites etiam aliquádo auſos ab eo petere:ut ſibi ꝑ re bene geſta laxaret aliqd laboris: qui-
bus ille:ne nihil remiſſum dicatis:remitto:inquit:ne utiq; dorſum demulceatis:cū ex equis deſcédetis:
& uis erat í eo uiro íperii ígens pariter í ſocios ciueſq;.Præneſtinus p̄tor per timoré ſegnius ex ſubſidiis
ſuos duxerat í primam acié:quem cū inambulans ante tabernaculū uocari iuſſiſſet:lictoré expedire ſe-
curim iuſſit:ad quá uocé exanimi ſtáte p̄neſtino:agedū lictor excide radicem hác:íquit:incommodam
ambulantibus:ꝑfuſumq; ultimi ſupplicii metu mulcta dicta dimiſit.Haud dubie illa ætate : qua nulla
uirtutum feracior fuit:nemo unus erat uir:quo magis innixa res romana ſtaret:quin eum parem de-
ſtinant animis magno Alexádro ducem:ſi arma Aſia perdomita í Europam uertiſſet.Nihil minus q̄ſi
tum a prícipio huius operis uideri poteſt:quam ut plus iuſto ab rerū ordine declinaré uarietatibuſque
diſtinguédo opere & legétibus uelut diuerticula amœna:& requié aío meo quærerē:tamen tanti regis
ac ducis mentio:quibus ſæpe taciris cogitationibus uolutauit animū:ea ſeuocat í medium:ut quærere
libeat:quinam euētus romanis rebus:ſi cum Alexádro foret bellatum:futurus fuerit.Plurimū in bel-
lo pollere uidétur militū copia & uirtus:ingenia imperatorum:fortuna per omnia humana maxie in
res bellicas potens.Ea & ſingula ítuenti & uniuerſa:ſicut ab aliis regibus gétibuſq;:ita ab hoc quoq; fa-
cile præſtát inuictum romanū imperiū.Iam primū ut ordiar ab ducibus cōparádis:haud equidem ab-
nuo egregiū ducé fuiſſe Alexádrū:ſed clarioré eum tamé facit:quod unus fuit:quod adoleſcés in incre-
mento rerum nondū alterá fortuná expertus deceſſit.Vt alios reges claros duceſq; omittá magna exé-
pla caſuū humanoꝝ:Cyrū:quem maxime græci laudibus celebrant:quid niſi longa uita ſicut magnū
modo Pompeiū uertenti præbuit fortunæ:Ne recéſeam duces romanos:nec omnes oīum ætatū:ſed
ipſos eos:cum quibus conſulibus aut dictatoribus Alexandro fuit bellandum.M.Valeriū Coruinum.
C.Claudiū.M.Rutiliū:Claudiū Sulpiciū.T.Manliū.Torquatū.Q.Publiū Philoné.L.Papyrium Cur-
ſorem.Q.Fabium Maximum.Duos Decios.L.Volumnium:Marcum Curium deinceps ingentes ſe-
quuntur uiri:ſi punicum romano præuertiſſet bellum:ſeniorq; in Italiam traieciſſet.Horum in quoli
bet tum indoles eadem:quæ in Alexandro erat animi ígeniiq;:tum diſciplina militaris iá íde ab initiis
urbis tradita ꝑ man us:í artis ꝑpetuis præceptis ordinatæ modū uenerat.Ita reges geſſerát bella:ita de-

Copiæ Sánitiū ad luce-riá ſub iugum miſſe

Papyriꝰ Curſor Q.Au-relius conſ.

Papyriū geſta

Celeritus pa-pyrii

Hoc il-lud apđ pliniū de uetu-ſtate oleæ ná radix oleæ fu-it illa

Att:cū quibus fuiſſet Alexan. belládū

Is pyr/ rhi lega tis fuiſ/ ſe dicit

inde exactores regum Iunii Valeriiq̃:ita deinceps Fabii Quintii Cornelii:ita Furius Camillus:quē iu/uenes duo:q̄bus cum Alexandro dimicandū erat:ſenem uiderāt.Militaria opera pugnādo obeūti Ale/xandro:nam ea quoq̃ haud minus clarum eū faciūt:ceſſiſſet uidelicet in acie oblatus par Manlius Tor quatus:aut Valerius Coruinus inſignes ante milites:quā duces?ceſſiſſent Decii deuotis corporibus in hoſtem ruentes?ceſſiſſet Papyrius Curſor illo corporis robore:illo animi?uictus eſſet conſiliis iuuenis unius:ne ſingulos nominē ſenatus ille: quem q ex regibus cōſtare dixit:unus uerā ſpeciē romani ſena tus cepit?Id uero erat piculū:ne ſolertius:quā quiuis unus ex iis:quos noīaui:caſtris locū caperet:com/meatus expediret:ab īſidiis præcaueret:tēpus pugnæ eligeret:aciē inſtrueret:ſubſidiis firmaret:nō iam cum Dario rem eſſe dixiſſet:quē mulieꝶ ac ſpadonū agmen trahentē:iter purpurā atq̃ auꝶ ornatum fortunæ ſuæ apparatibus prædam uerius:quā hoſtē:nihil aliud quā bene auſus uana contemnere icru entus deuicit.Lōge alius Italiæ:quā Indiæ per quā temulēto agmine comeſſabundus inceſſit : uiſus illi habitus eēt:ſaltus Appuliæ:ac mōtes lucanos cernenti:& ueſtigia recentia domeſticæ cladis:ubi auun/culus eius nuper Epiri rex Alexander abſumptus erat.Et loqmur de Alexandro nondū merſo ſecūdis rebus:quaꝶ nemo intolerantior fuit:qui ſi ex habitu nouæ fortunæ nouiq̃:ut ita dicam:ingenii:quod ſibi uictor induerat:ſpectetur:Dario magis ſimilis:quā Alexandro ī Italiā ueniſſet:& exercitū Macedo niæ oblitum degenerantēq̃ iam ī perſaꝶ mores adduxiſſet.Referre in tanto rege piget ſuperbā muta tionē ueſtis:& deſyderatas humi iacētiū adulationes ēt uictis graues ne dum macedonibus uictoribus & fœda ſupplicia:& inter uinū & epulas cæde amicoꝶ:& uanitatē emētiēdæ ſtirpis.Quid ſi uini amor in dies fieret acrior?quid ſi trux ac præ feruida ira?nec qcq̄ dubium īter ſcriptores refero:nulla ne hæc damna imperatoriis uirtutibus ducimus?Id uero piculum erat: qđ leuiſſimi ex græcis: qui parthorū

Nā Ale xāder ſe hāmo nis Io uis filiū affinxit

quoq̃ cōtra nomē romanum gloriæ fauent:dictitare ſolēt:ne maieſtatē nominis Alexandri:quē ne fa/ma quidē illis notum arbitror fuiſſe:ſuſtinere nō potuerit populus Romanus:& aduerſus quē Athe/nis in ciuitate fracta macedonū armis:cernētem tum maxīe prope fumantes Thebaꝶ ruinas:conciona ri libere auſi ſint hoīes:id qđ ex monumētis orōnū patet aduerſus eū:nemo ex tot ꝓceribus romanis uocem liberā miſſurus fuerit?Quantalibet magnitudo hoīs cōcipiatur aīo:unius tamē ea magnitudo hominis erit:collecta paulo plus decem annoꝶ felicitate:quā q eo extollūt: qđ populus Roma.& ſi nul lo bello:multis tamē plīis uictus ſit. Alexādro nullius pugnæ nō ſecūda fortuna fuerit:nō ītelligit ſe ho minis res geſtas & eius iuuenis:cū populi iā octigēteſimum bellātis annum rebus cōferre:miremur : ſi cum ex hac parte ſæcula plura numerētur:quam ex illa anni plus ī tam lōgo ſpatio:q̄ ī ætate.xiii.anno/

Atſ pul chrā laſ/ ſeuera tionem

rum fortuna uariauerit.Quin tu hoīs cum hoīe:& ducis cū duce:fortunam cum fortūa cōfers? Quot romanos duces nominem:quibus nunquā aduerſa fortuna pugnæ fuit?paginas ī annalibus magiſtra tuum faſtiſq̃ percurrere licet cōſulum:dictatorūq̃ quoꝶ nec uirtutis:nec fortunæ ullo die populū ro/manum pœnituit:Et quo ſint mirabiliores quam Alexāder:aut quiſquam alius rex denos uicenoſque dies quidā dictaturā:nemo pluſquam annum cōſulatum geſſit:a tribunis plebis delectus īpediti ſunt: poſt tempus ad bella ierunt:ante tempus comitiorum cauſa reuocati ſunt:ī ipſo conatu rerum circun/egit ſe annus:collegæ nūc temeritas:nūc prauitas impedimēto aut damno fuit: male geſtis rebus alte/rius ſucceſſum eſt:tyronem aut mala diſciplina īſtitutum exercitum acceperūt.At hercule reges nō li/beri ſolum impedimētis omnibus:ſed domini reꝶ temporūq̃ trahūt cōſiliis cuncta nō ſequūtur.Er/go īuictus Alexāder cū inuictis ducibus bella geſſiſſet:& eadem fortunæ pignora ī diſcrimē detuliſſet: imo etiam eo plus periculi ſubiſſet:qđ macedones unum Alexādrum habuiſſent multis caſibus nō ſo lum obnoxiū:ſed etiam offerētem ſe:romani multi fuiſſent Alexādro uel gloria:uel rerum magnitudi ne pares:quoꝶ ſuo quiſq̃ fato ſine publico diſcrimīe uiueret moreretur q̃.Reſtat:ut copiæ copiis com parent uel numero:uel militū genere:uel multitudīe auxilioꝶ.Cēſebātur eius ætatis luſtris ducenaqn

Ex his dat ītel ligi ex q̄ tiſ co/ piiſ con ſtaret legitiuſ exercitꝰ

quagenamillia capitū.Itaq̃ ī omni defectiōe ſocioꝶ latini nominis urbano prope delectu decē ſcribe/bantur legiōes:quaterni quiniq̃ exercitus ſæpe per eos annos:ī Hethruria:ī Vmbria gallis hoſtibus ad iunctis ī Samnio ī lucanis gerebatur bellum.Latiū deinde omne cū ſabinis:& uolſcis:& equis:& omni Cāpania:& parte Vmbriæ Ethruriæq̃:& picētibus:& marſis peligniſq̃:ac ueſtinis:atq̃ appulis: adiun ctaq̃ omnis ora græcorum inferi maris a Thuris Neapolin & Cumas:& inde Antio atq̃ Hoſtia tenus ſamnites aut ſocios ualidos romanis aut fractos bello inueniſſet hoſtes.Ipſe traieciſſet mare cum uete/ranis macedonibus non plus trigintamillibus hoīum:& quattuormillibus eqtum maxime theſſaloꝶ hoc.n.roboris erat:pſas indos aliaſq̃ ſi adiunxiſſet gētes:īpedimētū maius.quā auxiliū traheret. Adde quod romanis ad manū domi ſupplemētū eēt.Alexādro:qđ poſtea Hānibali accidit:alieno ī agro bel/lanti exercitus cōſenuiſſet. Arma:clypeus:ſariſſæq̃ illis:romāo ſcutū maius corpori tegumētū: & pilū

Pilum Haſta

haud paulo quā haſta uæhemētius ictu miſſumq̃ tælū:ſtatarius uterq̃ miles ordines ſeruans : ſed illa phalanx īmobilis unius generis:Romana acies diſtinctior ex pluribus partibus cōſtans: facilis partiēti quacūq̃ opus eſſet:facilis iungenti.Iam in opere quis par romano miles?quis ad tolerandū laborē me lior?Vno prælio uictus Alexander bello uictus eſſet:romanū quē Caudium:quē Cannæ nō fregerūt: quæ fregiſſet acies?Næ ille ſæpe etiā:ſi prima proſpere eueniſſent:perſas:& indos:& imbellem Aſiam quæſiſſet:& cum fœminis ſibi bellum fuiſſe dixiſſe:quod Epiri regē Alexandrum mortifero uulnere ictum dixiſſe ferunt:ſorte belloꝶ in Aſia geſtoꝶ ab hoc ipſo iuuene cū ſua conferētē:Equidē cum per annos quattuor & uiginti primo punico bello claſſibus certatū cū pœnis recordor:uix ætatem Alexan dri ſuffecturam fuiſſe reor ad unū bellū:& forſitan cū & fœderibus uetuſtis iuncta res punica romanæ

eſſet:& timor par aduerſus cõmunem hoſtē duas potētiſſimas armis uiriſqꝫ urbes armaret: ſimul pu/
nico romanoqꝫ obrutus bello eēt.Nō q̄dē Alexādro duce:nec integris macedonū rebus:ſed expti tamē
ſunt romani macedonē hoſtē aduerſus Antiochū.Philippū:& Perſen:nō modo cū clade ulla: ſed ne cū
periculo q̄dē ſuo:abſit īuidia uerbo & ciuilia bella ſileant:nūq̄ ab eq̄te hoſte:nunq̄ a pedite:nunq̄ aperta
acie:nunq̄ æquis utiqꝫ:nunq̄ iniquis locis laborauimus.Eq̄tē:ſagiptas ſaltus īpeditos:auia cõmeatibus
loca grauis armis miles timere poteſt:mille acies grauiores:quā macedonū atqꝫ Alexādri auertit auer/ L.Flac/
tetqꝫ:modo ſit perpetuus huius:qua uiuimus pacis amor:& ciuilis cura cōcordiæ.Inde.L.Flaccus:&.L. cus.L.
Plautius Venox cōſules facti.Eo anno a frequentibus ſamnitiū populis de fœdere renouando legati:cū Plautiꝰ
ſenatum humi ſtrati mouiſſent:reiecti ad populum haud quaq̄ tam efficaces habebant preces. Itaqꝫ de conſ.
fœdere negatum:induciæ biēnii:cū per aliquot dies fatigaſſent ſingulos:precibus impetratæ.Et ex Ap
pulia theanēſes cannuſiniqꝫ populationibus feſſi obſidibus.L.Plautio conſuli datis in deditionē uene/
runt.Eodem anno primū præfecti Capuæ creari cœpti legibus ab.L.Furio prætore datis:cum utrūqꝫ
ipſi pro remedio ægris rebus diſcordia inteſtina petiſſent:& duæ Romæ additæ tribus Vfentina & fa/
lerina.Inclinatis ſemel in Appulia rebus:theates quoqꝫ appuli ad nouos cōſules.C.Iunium Bubulcum C.Iuniꝰ
Qu.Aemylium Barbulam fœdus petitum uenerūt:pacis per omnem Appuliam præſtandæ populo Qu.Ae
Romano auctores id audacter ſpondendo impetrauerunt.ut fœdus daretur:neqꝫ ut æquo tamen fœ/ mylius
dere:ſed in ditione populi romani eſſent Appulia ꝑdomita:nam florento quoqꝫ ualido oppido Iunius conſ.
potitus erat:ī lucanos bellū porrectum:inde repentino aduentu Aemylii cōſulis Nerulum ui captū.Et Florētū
poſteaquam res Capuæ ſtabilitas romana diſciplina fama per ſocios uulgauit:antiatibus quoqꝫ: qui ſe Nerulū
ſine legibus certis:ſine magiſtratibus agere querebātur:dati ab ſenatu ad iura ſtatuenda ipſius coloniæ
patroni:nec arma modo:ſed iura etiā romana late pollebant.C.Iunius Bubulcus:&.Q.Aemylius Bar
bula cōſules exitu anni non cōſulibus a ſe creatis Sp.Nautio:&.M.Popilio:cæteꝝ dictatori.L.Aemylio
legiones tradiderūt.Is cum.L.Fuluio magiſtro equitū Satriculam oppugnare adortus rebellandi cām Sp.Nau
ſamnitibus dedit.Duplex inde terror illatus romanis:hinc ſamnis magno exercitu coacto ad eximen/ tius.M.
dos obſidione ſocios haud procul caſtris romanorum caſtra poſuit:hinc ſatricani magno cum tumul/ Popiliꝰ
tu patefactis repente portis in ſtationes hoſtiū īcurrerunt.Inde pars utraqꝫ ſpe alieni magis auxilii: quā conſ.
uiribus fræta ſuis:iuſto mox prælio inito romanos urgent:& q̄q̄ anceps dimicatio erat:tamen utrinqꝫ
tutam aciē dictator habuit:quia locum haud facilem ad circūueniendum cepit:& diuerſa ſtatuit ſigna:
infeſtior tamen ī erumpētes īceſſit:nec magno certamine ītra mœnia cōpulit:tum totā aciem ī ſamni/
tes obuertit:ibi plus certaminis uictoria ſicut ſera ita nec dubia:nec uaria fuit:fuſi in caſtra ſamnites: ex
tinctis nocte ignibus:tacito agmine abeunt:& ſpe abiecta Satriculæ tuēdæ:Poſtiam Pliſtiam ſocios ro
manoꝝ:ut parem dolorē hoſti redderent:circunſidunt.Anno circūacto bellum deinceps ab dictatore.
Q.Fabio geſtum.Cōſules noui ſicut ſuperiores Romæ māſerunt:Fabius ad acciꝑiendū ab Aemylio
exercitum ad Satriculam cū ſupplemento uenit:neqꝫ.n.ſamnites ad Pliſtiam manſerant: ſed accitis ab
domo nouis militibus multitudine fræti caſtra eodē:quo ante loco poſuerunt:laceſſenteſqꝫ prælio ro/
manos auertere ab obſidione conabantur.Eo intentius dictator ī mœnia hoſtiū uerſus id bellū tāti du
cere quod urbē oppugnabat:ſecurior ab ſamnitibus agere ſtationibus modo oppoſitis:nequa in caſtra
uis fieret:eo ferocius adequitare ſamnites uallo neqꝫ ocium pati:& cum iam ꝓpe in portis caſtroꝝ eēt
hoſtis:nihil conſulto dictatore magiſter equitū.Q.Aulius Ceretanus magno tumultu cum oībus tur
mis equitū euectus ſummouit hoſtem:tum ī minime ꝑtinaci genere pugnæ:ſic fortuna exercuit opes
ut inſignis utrinqꝫ clades & clara ipſorum æderet funera:prior ſamnitium īperator ægre patiens quod
tam ferociter adequitaſſet:inde ſe fundi fugariqꝫ:orando hortandoqꝫ eq̄tes prælium iterauit.In quē in
ſignem inter ſuos cientem pugnā magiſter equitum romanus īfeſta cuſpide ita ꝑmiſit equum:ut uno
ictu exanimen equo præcipitaret:nec ut fit:ad ducis caſum perculſa magis: quā irritata eſt multitudo
omnis.Qui circa erāt:in Auliū temere inuectum ꝑ hoſtium turmas tæla conicerūt: fratriqꝫ præcipuū
decus ulti ſamnitium imperatoris dederūt.Is uictorē detractū ex equo magiſtrū eq̄tū plenus mœroris Aulius
atqꝫ iræ trucidauit nec multū abfuit:q̄n corpore etiā:q̄a īter hoſtiles ceciderat turmas ſāmnites potiren magi/
tur:ſed extēplo ad pedes deſcenſum ab romāis ē:coactiqꝫ idē ſamnites facere & repētina acies circa cor/ ſter eq/
pora ducū pedeſtre p̄liū iniit:quo haud dubie ſupat romanus:recuperatūqꝫ Aulii corpus mixta cū do/ tum oc
lore lætitia uictores ī caſtra referūt Sānites:duce amiſſo:& ꝑ equeſtre certamē tēptatis uiribus: omiſſa ciditur
Satricula:quā neqꝫq̄ defendi rebantur ad Pliſtiæ obſidionē redeunt:ītraqꝫ paucos dies Satricula roma/
nus ꝑ deditionē:Pliſtia ꝑ uim ſamnis potit᷑.Mutata īde belli ſedes ē:ad Soram e Samnio Appuliaqꝫ tra
ductæ legiones.Sora ad ſamnites defecerat:īterfectis colonis romanoꝝ.Quo cū prior romanus exerci
tus ad ulciſcendā ciuiū necē:recuperandāqꝫ coloniā magnis itineribus ꝑueniſſet:ſparſi ꝑ uias ſpeculato/
res ſeq legiones ſamnitiū.nec iā procul abeſſe:cū alii ſuper alios nūciarēt:obuiam itū hoſti atqꝫ ad Lau/
tulas ancipiti prælio dimicatū eſt:nō cædes:non fuga alterius partis:ſed nox incertos: uicti uictores ne
eſſent:diremit.Inuenio apud quoſdam aduerſam eam pugnam romanis fuiſſe: atqꝫ in ea cecidiſſe.Q.
Auliū magiſtrū equitū.Suffectus ī locū Aulii Claudius Fabius magiſter equitū cū exercitu nouo ab ro
ma aduenit:& per præmiſſos nuncios conſulto dictatore:ubi ſubſiſteret:quoue tempore:& qua ex par
te hoſtem aggrederetur:ſubſtitit occultus ad omnia ſatis exploratis conſiliis:Dictator cum per aliquot
dies poſt pugnā continuiſſet ſuos intra uallum obſeſſi magis:quam obſidentis modo: ſignū repente
pugnæ propoſuit:& efficacius ratus ad accendēdos uiroꝝ fortium animos nullā alibi quā ī ſemetipſo

cuiquã relictã ſpem:de magiſtro equitũ nouoq; exercitu militem celauit:& tanq̃ nulla niſi in eruptiõe ſpes eſſet:Locis:inquit:anguſtis milites depræhẽſi:niſi quã uictoria patefecerimus:uiam nullam habe/mus:ſtatiua nr̃a munimento ſatis tuta ſunt:ſed inopia eadẽ infeſta:nã & circa omnia defecerunt:unde ſubuehi cõmeatus poterant:& ſi oẽs iuuare uelint:iniqua loca ſunt.Itaq; non fruſtrabor ego uos caſtra hic relinquẽdo:in quæ infecta uictoria:ſicut priſtino die uos recipiatis:armis munimẽta nõ munimen tis arma tuta eſſe debẽt:caſtra habeant repetantq;:qbus operæ eſt trahere bellũ nos oĩum rerũ reſpectũ præter:quã uictoriæ nobis abſcindamus:ferte ſigna ĩ hoſtẽ:ubi extra uallũ ceſſerit agmen:caſtra qbus imperatũ eſt incẽdant:damna noſtra milites oĩum circa qui defecerunt populoꝝ præda ſarcientur:Ea oratione dictatoris:quæ neceſſitatis ultimæ index erat:milites accẽſi uadũt ĩ hoſtẽ:& reſpectus ipſe ar/dentiũ caſtroꝝ:q̃q̃ proximis tantũ:ita.n.iuſſerat dictator:ignis eſt ſubditus:haud paruũ irritamẽtum fuit.Itaq; uelut uecordes illati ſigna primo ĩpetu hoſtium turbant & in tẽpore poſteaq̃ ardentia procul uidit caſtra magiſter equitũ:id conuenerat ſignũ:hoſtiũ terga inuadit:ita circunuenti ſamnites:qua po teſt qſq; fugã ꝑ diuerſa petũt.Ingẽs multitudo ĩ unũ metu cõglobata ac ſemetipſam turba ĩpediens in medio cæſa:caſtra hoſtiũ capta direptaq;:quoꝝ p̃da honuſtũ militem ĩ romana caſtra dictator reducit haud q̃q̃ tã uictoria lætũ:q̃ quod p̃ter exiguã deformatã incendio partẽ cætera cõtra ſpem ſalua ĩuenit.

Die priſtino

M.Petilius.C. Sulpitiꝰ conſ.

Ad Soram inde reditũ:nouiq; cõſules.M.Petilius.C.Sulpicius exercitũ ab dictatore Fabio accipiũt: magna parte ueterũ militũ dimiſſa:nouiſq; cohortibus in ſupplementũ adductis. Cæteꝝ cum ꝓpter difficilem urbis ſitum:nec oppugnandi ſatis certa ratio iniretur:& aut tẽpore longinqua:aut p̃ceps pe/riculo uictoria eẽt:ſoranus tranſfuga clam ex oppido ꝓfectus cum ad uigiles romanus penetraſſet:du/ci ſe extẽplo ad cõſules iubet:deductuſq; traditurũ urbẽ promittit rurſus inde cũ quonãmodo id præ/ſtaturus eſſet ꝑcunctantes doceret haud uana afferre:perpulit prope adiũcta mœnibus romana caſtra: ut ſexmillia ab oppido remouerent̃:fore ut minus intẽtæ in cuſtodiã urbis diurnæ ſtationes ac noctur næ uigiliæ eſſent:ipſe inſequẽti nocte ſub oppido ſiluestribus locis cohortibus ĩſidere iuſſis:decem mi lites delectos ſecum per ardua ac prope ĩuia in accem ducit pluribus quam pro numero uiroꝝ miſſili/bus tælis eo collatis:ad hæc ſaxa erãt & temere iacẽtia:ut fit:ĩ aſpretis:& de induſtria etiã:quo locus tu/tior eſſet:ab oppidanis congeſta:ubi cũ cõſtituiſſet:romanos ſemitamq; anguſtã & arduã erectã ex op/pido in arcem oſtendiſſet.Hoc quidem aſcenſu:inquit:uel res armati quãlibet multitudinẽ arcuerint: uos & decẽ numero & qđ plus & romani romanorũq; fortiſſimi uiri eſtis:& locus ꝓ uobis & nox erit quæ oĩa ex incerto maiora territis oſtentat:ego iam terrore oĩa implebo:uos autẽ arcem intenti tenete decurrit inde:quãto maxime poterat cum tumultu ad arma:& proh ueſtram fidẽ ciues clamitans arx ab hoſtibus capta ẽ defendite:ite:hæc incedens principũ foribus:hæc obuiis:hæc excurrentibus in pu/blicũ pauidis increpat.Acceptũ ab uno pauorẽ plures ꝑ urbẽ ferunt.Trepidi magiſtratus miſſis ad arcẽ exploratoribus:cũ tæla & armatos tenere arcem multiplicato numero audirẽt:auertũt aĩos a ſpe recu/perãdæ arcis:fuga cuncta cõplentur:portæq; a ſemiſomnis ac maxĩa parte inermibus refringunt̃:qua/rum ꝑ unam præſidiũ romanũ clamore excitatum irrũpit:& cõcurſantes per uiam pauidos cædit.Iam

Sora uniuſ ꝓditione capitur

Sora capta erat:cũ conſules prima luce aduenere:& quos reliquos fortuna ex nocturna cæde ac fuga fe/cerat:ĩ deditionẽ accipiunt:ex his.ccxxv.qui oĩum conſenſu deſtinabant̃:& infandæ colonoꝝ cædis & defectionis auctores uictos Romã deducũt:cæteram multitudinẽ incolumem p̃ſidio ĩpoſito Soræ re/linquit:oẽs qui Romã deducti erãt:uirgis ĩ foro cæſi:ac ſecuri percuſſi ſummo gaudio plebis:cũ maxi/me ĩtererat:tutam ubiq;:quæ paſſim ĩ colonias mitteret̃:multitudinẽ eẽ.Conſules ab Sora profecti in agros atq; urbes auſonũ bellum intulerũt:mota nãq; oĩa aduentu ſamnitiũ:cũ apud Lautulas dimica/tum eſſet:fuerãt:coniurationeſq; circa Cãpaniã paſſim factæ:nec Capua ipſa crimine caruit: quin Ro/mã quoq; & ad principũ quoſdã inquirendos uentũ eſt:cæteꝝ auſonum gens ꝓditione urbiũ ſicut So

Auſona

ra in poteſtatẽ uenit.Auſona & Nuntumnæ & ueſtina urbes erant:ex quibus principes iuuẽtutis duo/decim numero in ꝓditione urbiũ ſuaꝝ cõiurati ad cõſules ueniũt:docẽt ſuos iãpridem exoptãtes ſam nitium aduentũ:ſimul ad Lautulas pugnatũ audierunt pro uictis romanos habuiſſe:iuuẽtute & armis ſamnites iuuiſſe:fugatis inde ſamnitibus ĩcetta pace agere:nec claudẽtes portas romanis ne accerſerent bellũ:obſtinatos claudere:ſi exercitus admoueat̃:in ea fluctuatione aĩorum opprimi ĩcautos poſſe.His auctoribus mota propius caſtra:miſſiq; eodẽ tẽpore circa tria oppida milites: partim armati:q occulti propinqua mœnibus inſiderẽt loca partim togati tectis ueſte gladiis:q ſub lucẽ apertis portis urbes in grederent̃:ab iis ſimul cuſtodes trucidari cœpti:ſimul datũ ſignũ armatis:ut ex ĩſidiis cõcurrerent: ita portæ occupatæ:triaq; oppida eadẽ hora:eodemq; cõſilio capta:ſed quia abſentibus ducibus ĩpetus eſt

Deleta auſonũ gẽs uix certo crimĩe

factus:nullus modus cædibus fuit:deletaq; auſonũ gens uix certo defectionis crimine:ꝑinde ac ſi inter necino bello certaſſet.Eodẽ anno ꝓdito hoſtibus romano p̃ſidio Luceria ſamnitiũ facta:nec diu prodi toribus ĩpunita res fuit:haud ꝓcul inde exercitus romanus erat:cuius primo impetu urbs ſita ĩ plano capitur.Lucerini ac ſamnites ad internicionẽ cæſi:eoq; ira ꝓceſſit:ut Romæ cũ de colonis mittẽdis Lu ceriã cõſuleret̃ ſenatus:multi delẽdã urbẽ cẽſerent:p̃ter odiũ qđ execrabile in his captis erat: lõgiquitas quoq; adhorrere a relegãdis tam ꝓcul ab domo ciuibus inter tã ĩfeſtas gentes cogebat:uicit tamẽ ſnĩa: ut mitterẽtur coloni:duomillia & quingẽti miſſi.Eodẽ anno cũ oĩa ĩfida romanis eẽnt.Capuæ quoq; occultæ principũ cõiurationes factæ:de qbus cũ ad ſenatũ relatũ eẽt:haud quaq̃ neglecta res eſt: q̃ſtio/nes decretæ:dictatoreq; quæſtionibus exercẽdis dici placuit.C.Menenius dictus:is.M.Folliũ magiſtrũ equitũ dixit.Ingens erat magiſtratus eius terror:itaq; ſiue timore:ſeu cõſcientia eius calabios Obuium

Nouiumq; ea capita cõiurationis fuerãt.priuſq̃ noíarentur apud dictatorem:mors haud dubie ab ipſis
cõſcita iudicio ſubtraxit.Deíde ut quæſtioni cãpanæ materia deceſſit:uerſa Romã íterprætãdo res:nõ
nominatim q Capuæ:ſed í uniuerſum:qui uſq̃ coiſſent:cõiuraſſentue aduerſus romanũ populũ:quæ/
ri ſenatũ iuſſiſſe:& coitiones honoꝝ adipiſcendoꝝ cauſas factas aduerſus rẽp.eſſe:latiorq; & re:& ꝓſo/
nis quæſtio fieri:haud abnuẽte dictatore ſine fine uelle quæſtionis ſuæ ius eẽ.Poſtulabunť ergo nobi/
les hoíes appellãtibuſq; tribunos:nemo erat auxilio:qn noía reciperenť:íde nobilitas nec modo í quos
crimẽ ítendebatur:ſed uniuerſi ſimul negare nobiliũ id crimẽ eẽ:qbus:ſi nulla obſtetur fraude: pateat
uia ad honorẽ:ſed hominũ nouoꝝ ipſos adeo dictatorẽ magiſtrũq; equitum reos magis : quam quæ/
ſtores idoneos eius criminis eſſe:intellecturoſq; ita id eſſe ſimul magiſtratu abiſſent.Tum.n.uero Me/
nenius iã famæ magis:quã imperii memor ꝓgreſſus in concionẽ ita fecit uerba.Etſi oẽs anteactæ uitæ
uos conſcios habeo quirites:& hic ipſe honos delatus ad me teſtis eſt innocẽtiæ meæ:neq; enim qđ ſæ
pe alias qa ita tempora poſtulabant reip.qui bello clariſſimus eſſet.ſed qui maxime procul ab his con/
cionibus uitã egiſſet:dictator diligendus exercẽdis quæſtionibus fuit.Sed quoniã quidã nobiles hoíes Quæ/
qua de cauſa uos extimare:quã me pro magiſtratu quicquã incompertũ dicere melius eſt:primũ ipſas ſtio de
expugnare quæſtiones ope anniſſi ſunt:deinde poſteaq̃ ad id parum potentes erant:ne cauſam dicerẽt: ambitu
in præſidia aduerſarioꝝ appellationẽ & tribuniciũ auxiliũ patricii cõfugerunt : poſtremo repulſi inde
adeo oía tutiora:quã ut innocentiã ſuã purgarent:uiſa in nos irruerunt:& priuatis dictatorem poſcere
reum uerecundiæ nõ fuit:ut oẽs dii hoíeſq; ſciant:ab illis etiam:quæ nõ poſſint:tẽptant:ne rationẽ ui/
tæ reddant:ne obuiam ire crimini:& offerre me inimicis reum dictatura ab dico.Vos quæſo conſules:
ſi uobis datum ab ſenatu negotium fuerit: in me primum:& hunc.M.Follium quæſtiones exercea/
tis:ut appareat innocẽtia nr̃a:nos non maieſtate honoris tutos a criminibus iſtis eſſe.Abdicat ſe íde di/
ctatura:& poſt eũ confeſtim Follius magiſtro equitum primiq; apud conſules iis.n.ab ſenatu manda/
ta res ẽ rei facti:aduerſus nobiliũ teſtimonia egregie abſoluũtur.Publius etiã Philo:multiplicatis ſum/
mis honoribus:poſt res tot domi belloq; geſtas cœterum inuiſus nobilitati:dixit cauſam : abſolutuſq;
eſt:nec diutius:ut fit:quam dum recẽs erat:quæſtio ꝑ clara noía reoꝝ uiguit:inde labi cœpit ad uiliora
capita:donec factionibus coitionibuſq;:aduerſus quas cõparata erat:oppreſſa eſt.Earũ fama rerum:ma
gis tamẽ ſpe cãpanæ defectionis:í quã coniuratum erat:ſamnites í Appuliã uerſos rurſus ad Caudium
reuocauit:ut inde ex propiquo:ſiqui motus occaſionem aperirent:Capuam romanis eriperent.Eo cõ/
ſules cũ ualido exercitu uenerũt:& primo circa ſaltus:cum utrinq; ad hoſtẽ iniqua uia eſſet: cunctati ca
ſtra mœtatiq; ſunt:deíde ſamnites ꝑ apta loca breui circuitu in loca plana cãpanos cãpos agmen dimit/
tunt:ibiq; primũ caſtra í cõſpectu hoſtibus data:deíde leuibus præliis equitũ ſæpius:quã peditũ utriq;
periculũ factũ:nec aut euentus eoꝝ romanũ aut moræ:qua trahebãt bellũ pœnitebat. Samnitiũ cõtra
ducibus:& carpi quottidie paruis damnis:& ſeneſcere dilatione belli uires ſuæ uidebãtur:itaq; í aciem
procedũt:eqtibus í cornua diuiſis:qbus præceptũ erat:ítentiores eẽ ad reſpectum caſtroꝝ:nequa eo uis
fieret:cum ad præliũ ſtarent:aciẽ peditũ tutã fore cõſules Sulpicius in dextero Petilius í leuo cornu cõ/
ſiſtunt:dextera pars:qua & ſamnites raris ordinibus aut ad circũeundos hoſtes:aut ne ipſi circũuenirẽ
tur:cõſtiterãt:latius patefacta ſtetit:ſiniſtris præterq̃ qđ confertiores ſteterant: repẽtino conſilio Petilii
conſulis additæ uires:qui ſubſidiarias cohortes:quæ integræ ad lõgiores pugnæ caſus reſeruabãtur: in
primã aciẽ extẽplo emiſit:uniuerſiſq; hoſtẽ prío ípetu uiribus ípulit.Cõmota pedeſtri acie ſamnitium
eques in pugnã ſuccedit:í hunc trãſuerſo agmine íter duas acies ſe íferentẽ romanus equitatus cõcitat
equos:ſignaq; & ordines peditum atq; eqtum cõfundit:donec uniuerſam ab ea parte auertit.aciẽ.In eo
cornu nõ Petilius ſolus:ſed Sulpicius ẽt hortator affuerat:auectus ab ſuis nõdum cõſerentibus manus
ad clamorẽ ab ſiniſtra parte prius exortũ.Vnde haud dubiã uictoriam cernẽs:cũ ad ſuum cornu tende
ret cum mille ducẽtis uiris:diſſimilem ibi fortunã inuenit:romanos loco pulſos uictorẽ hoſtem ſigna
in perculſos íferentẽ:cæteꝝ oía mutauit repente conſulis aduẽtus:nam & cõſpectu ducis refectus mili
tum eſt aíus:& maius:quã ꝓ numero auxiliũ aduenerat mille fortes uiri:& partis alterius uictoria au/
dita:mox uiſa ẽt præliũ reſtituit:tota deíde iam uicere acie romanus:& omiſſo certamine cædi capiq;
ſamnites:niſi qui Maleuentũ:cui nunc urbi Beneuentũ nomen eſt:ꝑfugerũt:ad trigintamillia cæſa aut Maleuẽ
capta ſamnitiũ proditũ memoriæ eſt.Cõſules egregia uictoria parta ꝓtinus íde ad Bouianũ oppugnã tũ olim
dum legiones ducũt:ibiq; hyberna egerũt:donec ab nouis cõſulibus.L.Papyrio Curſore.C.Iunio Bu/ nũc Be
bulco:iterum noíatus dictator Claudius Petilius cũ.M.Follio magiſtro equitũ exercitũ accepit.Is cum neuẽtũ
audiſſet arcẽ fregellanã ab ſamnitibus captã:omiſſo Bouiano:ad Fregellas pergit:unde nocturna ſam/ L. Papy
nitiũ fuga ſine certamine receptis Fregellis ꝑſidioq; ualido ípoſito in Cãpaniã reditũ maxime ad Nolã rius.C.
armis repetendam:eo ſe ítra mœnia ſub aduentũ dictatoris & ſamnitiũ oís multitudo & nolani agre/ Iunius
ſtes cõtulerant.Dictator urbis ſitu circũſpecto:quo aptior aditus ad mœnia eẽt:oía ædificia:& frequen conſ.
ter ibi habitatur:circũiecta muris incẽdit:nec ita multo poſt ſiue a Petilio diſtatore:ſiue ab.C.Iunio cõ/
ſule:nã utrunq; tradiť Nola eſt capta.Qui captæ decus Nolæ ad cõſulem trahũt:adiiciunt Atinã:& Ca Pontiæ
latiam ab eodem captas:Petiliũ autem peſtilẽtia orta:claui figendi cauſa dictatorẽ dictũ.Sueſſa & Pon/ Sueſſa
tiæ eodẽ anno coloniæ deductæ ſunt.Sueſſa auruncoꝝ fuerat:uolſci Pontias íſulam ſitã in conſpectu M.Vale
littoris ſui incoluerũt.Minturna & Caſſinũ:ut deducerẽtur coloniæ:ſenatuſcõſultum factu eſt:triũui/ rius.P.
ros creauere:ac miſere colonoꝝ quattuormillia.Inſequẽtes cõſules.M.Valerius.P.Decius ꝓfligato fe/ Decius
re ſamnitium bello:prius quã ea cura decederet patribus romanis ethruſci belli fama exorta ẽ:nec erat conſ.

ea tempeſtate gens alia:cuius ſecũdum gallicos tumultus arma terribiliora eẽnt:tum ꝓpinquitate agri
tum multitudine hominũ.Itaqꝫ altero cõſule ĩ Samnio reliq̃s belli perſequẽte.P.Decius: qui grauiter
æger Romæ reſtiterat:auctore ſenatu dictatorẽ.C.Iunium Bubulcum dixit. Is prout rei magnitudo
poſtulabat:oẽs iuniores ſacramento adigit:arma quæqꝫ alia res poſcit:ſumma ĩduſtria parat:nec tantis
apparatibus elatus de inferendo bello agitat:quieturus aut dubie:niſi ultro arma ethruſci inferrẽt. Ea/
dem ĩ comparãdo cohibendoqꝫ bello conſilia & apud ethruſcos fuere:neutri finibus egreſſi. Et cẽſura
Via ap/ clara eo anno. Ap.Claudii:&.C.Plautii fuit:memoriæ temen felicioris ad poſteros nomẽ Appii: quod
pia Aq̃ & uiam muniuit:& aquã in urbẽ duxit:eaqꝫ unus ꝑfecit:q̃a ob infamem atqꝫ inuidioſam ſenatus lectio
claudiã nem uerecũdia uictus collega magiſtratu ſe abdicauerat. Appius iam deĩde antiquitus ĩſitam ꝑtinaciã
familiæ gerẽdo ſolus cenſurã obtinuit. Eodem Appio auctore poticia gens cuius ad aram maximam
Herculis familiare ſacerdotiũ fuerat:ſeruos publicos miniſterii delegãdi cauſa ſolẽnia eius ſacri docue/
rat. Traditur ĩde dictu mirabile:& q̄d dimouẽdis ſtatu ſuo ſacris religionẽ afferre facile poſſet:cũ duo/
decim familiæ ea tẽpeſtate poticioꝝ eſſent:puberes ad trigĩta:oẽs intra annum cũ ſtirpe extinctos: nec
Potitio nomen tantũ poticioꝝ ĩteriſſẽ:ſed cenſorem ẽt Appiũ memori deũ ira poſt aliquot annos luminibus
rũ, ĩ teri captũ. Itaqꝫ cõſules:q̃ eum annũ ſecuti ſunt.C.Iunius Bubulcus tert.&.Q.Aemylius Barbula iterum:
tus .C. initio anni queſti apud populũ deformatum ordinẽ praua lectione ſenatus:qua potiores aliquot lectis
Iunius præteriti eſſent:negauerunt eam lectionẽ ſe quæ ſine recti prauiqꝫ diſcrimine ad g̃ram ac libidinẽ facta
Qu.Ae eſſet:obſeruaturos:& ſenatũ extemplo citauerũt eo ordine:quo ante cẽſores. Ap.Claudium:&.C.Plau
mylius tium fuerat. Et duo ĩperia eo anno dari cœpta ꝑ populũ utraqꝫ pertinentia ad rem militarẽ:unũ ut tri/
conſ. buni militũ ſenideni ĩ quattuor legiones a populo crearent:quæ antea ꝑ quã paucis ſuffragio populi re
Appii lictis locis:dictatoꝝ & cõſulũ ferme fuerant beneficia:tulere eã rogationem tribuni plebei.L.Attilius:
Cæcitaſ Claudius Martius:alterũ ut duũuiros nauales claſſis ordinãdæ reficiendæqꝫ cauſa idem populus iube/
Tibici/ ret:lator huius plebiſciti fuit.M.Decius tribunus plebis. Eiuſdẽ anni rem dictu paruã ꝑterirem ni ad
nũ ſeceſ religionẽ eſſet uiſa ꝑtinere:tibicines q̃a prohibiti a ꝓximis cenſoribus erãt ĩ æde Iouis ueſci:quod tradi
ſio tum antiquitus erat:ægre paſſi Tybur uno agmine abierũt:adeo ut nemo ĩ urbe eẽt:q̃ ſacrificiis præci/
neret. Eius rei religio tenuit ſenatũ:legatoſqꝫ Tybur miſerũt:ut darẽt operã:ut hi hoĩes romanis reſti/
tuerentur. Tyburtini benigne polliciti primum accitos eos in curiam hortati ſunt:ut reuerterẽtur Ro
mam:poſteaquam perpelli nequibant:conſilio haud adhorrente ab ingeniis hoĩum eos aggrediuntur
die feſto alii alios per ſpeciem celebrãdaꝝ cantu epulaꝝ cã inuitant:& uino:cuius auidũ ferme genus ẽ:
oneratos ſopiunt:atqꝫ ita ĩ plauſtra ſomno uictos coniiciũt:ac Romam deportãt:nec prius ſenſere: quã
plauſtris ĩ foro relictis plenos crapulæ eos lux oppreſſit. Tunc cõcurſus populi factus:ĩpetratoqꝫ ut ma
nerent:datũ ut triduum quotãnis ornati cum cãtu atqꝫ hac:quæ nũc ſolemnis eſt licẽtia ꝑ urbẽ uagarẽ
tur:reſtitutumqꝫ ĩ æde ueſcẽdi ius iis:q̃ ſacris ꝓcinerẽt. Hæc ĩter duoꝝ ĩgentiũ belloꝝ curã gerebant.
Conſules inter ſe prouĩcias partiti. Iunio ſamnites:Aemylio nouũ bellũ Ethruria ſorte euenit. In Sam/
nio cluuiani ꝑſidium romanũ:quia nequerat ui capi:obſeſſum fame ĩ deditionem acceperant:ſamnites
uerberibus fœdum ĩ modũ laceratos occiderãt deditos. Huic ĩfenſus crudelitati Iunius nihil antiquius
oppugnatione cluuiana ratus:quo die aggreſſus ẽ mœnia:ui cœpit:atqꝫ oẽs puberes interfecit. Inde ui/
ctor exercitus Bouianũ ductus caput hoc erat pentroꝝ ſamnitium longe ditiſſimũ atqꝫ opulẽtiſſimũ
armis uiriſqꝫ. Ibi q̃a haud tãtum irarũ erat:ſpe ꝓdæ milites accẽſi oppido potiuntur:minus itaqꝫ ſæui/
tum ĩ hoſtes eſt:ꝓdæ plus pene:quã ex omni Samnio unq̃ egeſtum benigneqꝫ oĩs militi cõceſſa:& po/
ſteaq̃ ꝑpotentẽ armis romanũ nec acies ſubſiſtere ullæ:nec caſtra:nec urbes poterãt: oĩum principum
in Samnio eo curæ ſunt intentæ:ut inſidiis quæreretur locus: ſiqua licentia populando effuſus exer
citus excipi ac circũueniri poſſet. Tranſfugæ agreſtes:& captiui quidã pars cõſilio:pars forte oblati con/
gruentia ad cõſulem afferẽtes:quæ & uera erant:pecoris uim ĩgentem ĩ ſaltũ auiũ compulſam eſſe per/
pulerunt:ut prædatum eo expeditæ ducerẽtur legiones:ibi ingẽs hoſtium exercitus itinera occultus ĩ/
ſiderat:& poſteaq̃ intraſſe romanos uidit ſaltum:repẽte adortus cũ clamore ac tumultu ĩuadit: & prio
noua res trepidationẽ fecit:dũ arma capiũt:ſarcinas cõgerunt ĩ mediũ:deĩde poſteaq̃:ut quiſqꝫ liberaue
rat ſe onere:aptaueratqꝫ armis:ad ſigna undiqꝫ coibãt:& notis ordinibus ĩ ueteri diſciplina militiæ iam
ſine præcepto ullius ſua ſponte ſtruebatur acies. Cõſul ad ancipitẽ maxime pugnam aduectus deſilit ex
quo:& Iouem Martemqꝫ atqꝫ alios teſtatur deos:ſe nullã ſuam gloriam inde:ſed ꝓdam militi querẽtẽ
in eum locum deueniſſe:neqꝫ ĩ ſe aliud:quam nimiã ditandi ex hoſte militis curam repræhendi poſſe:
ab eo ſe dedecore nullam rem aliam:quã uirtutem militum uĩdicaturam cõniterentur modo uno ani
mo inuadere hoſtem uictum acie:caſtris exutum:nudatum urbibus:ultimam ſpem furto ĩſidiarum
temptantem:& loco non armis fretum. Sed quem eſſe iam uirtuti romanæ inexpugnabilem locum
fregellana arx ſoranaqꝫ:& ubicunqꝫ iniquo ſucceſſum erat loco commemorabatur. His accenſus miles
omnium immemor difficultatum uadit aduerſus ĩminẽtem hoſtiũ aciẽ:ibi paululum laboris fuit:dũ
in aduerſum cliuum erigitur agmen:cæterum poſteaq̃ prima ſigna planiciem ſummã ceperũt:ſenſitqꝫ
acies æquo ſe iam inſtitiſſe loco:uerſus extẽplo eſt terror in ĩſidiatores:eaſdẽqꝫ latebras quibus ſe pau/
lo ante texerant:palati atqꝫ inermes fuga repetebant:ſed loca difficilia hoſti:quæſita ipſos tũ ſua fraude
XX. Sã impediebant:itaqꝫ ergo ꝑpaucis effugiũ patuit:cæſa ad uigintimillia hominũ:uictorqꝫ romanus ad ob
nitium latã ab hoſte prædã pecorũ diſcurrit. Dum hæc geruntur in Samnio:iam oẽs Ethruriæ populi præter
cæſa aretinos ad arma ierant:ab oppugnando Sutrio:quæ urbs ſocia romanis uelut clauſtra Ethruriæ erat:

ingens orſi bellũ:Eo alter cõſul Aemylius cũ exercitu ad liberãdos obſidiõe ſocios uenit: aduenĩẽtibus
romanis ſutrini commeatus benigne ĩ caſtra ante urbem poſita aduexere. Ethruſci diem primum con
ſultando maturarent traherẽt:ne bellum traduxerunt:poſtero die ubi celeriora:quã tutiora cõſilia ma
gis placuere ducibus:ſole orto:ſignũ pugnæ propoſitũ eſt:armatiqꝫ ĩ aciem procedunt. Quod poſteaq̃
conſuli nunciatũ eſt extẽplo:teſſerã dari iubet:ut prãdeat:miles:firmatiſqꝫ cybo uiribus arma capiat: di
cto paretur:cõſul:ubi armatos paratoſqꝫ uidit:ſigna extra uallũ ꝓferri iuſſit:& haud procul hoſte ĩſtru
xit aciem. Aliquãdiu utrinqꝫ intẽti ſteterũt expectantes:ut ab aduerſariis clamor & pugna inciperet:&
prius ſol meridie ſe inclinauit:quã tælũ hinc aut illinc emiſſum eſt:inde ne ĩfecta re abiretur:clamor ab
ethruſcis oritur:cõcinuntqꝫ tubæ:& ſigna inferunť:nec ſegnius romanis pugna initur:concurrũt ĩſen/
ſis animis:numero hoſtis:uirtute romanus ſuperat:anceps præliũ multos utrinqꝫ & fortiſſimũ quẽqꝫ
abſumit:nec prius inclinata res eſt:quã ſecũda acies romana ad prima ſigna feſſis integri ſucceſſerunt. Ethru/
Ethruſci:qa nullis recentibus ſubbſidiis fulta prima acies fuit:ante ſigna circaqꝫ:oẽs ceciderũt:nullo un ſci acie
quam prælio fugæ minus:nec plus cædis fuiſſet:ni obſtinatos mori tuſcos nox texiſſet:ita ut uictores uincũť
priuſq̃ uicti pugnandi finẽ facerent:poſt occaſum ſolis ſignũ receptui datũ eſt:nocte ab utroqꝫ in caſtra
reditum:nec deĩde qcq̃ eo anno rei memoria dignæ apud Sutriũ geſtum eſt:quia & ex hoſtiũ exercitu
prima tota acies deleta uno prælio fuerat:ſubſidiariis modo relictis:uix qđ ſatis eſſet ad caſtroꝝ ꝑſidiũ
& apud romanos tãtum uulneꝝ fuit:ut plures poſt ꝓlium ſaucii deceſſerit:quã ceciderãt in acie. Q. Fa Q.Fabi
bius inſequentis anni cõſul bellũ ad Sutriũ excepit:collega Fabio. C. Martius Rutilius datus eſt:cæterũ us.C.
& Fabius ſupplemẽtum ab Roma adduxit:& nouus exercitus domo accitus ethruſcis uenit. Permulti Martiꝰ
iam anni erãt:cũ inter patricios magiſtratus tribunoſqꝫ nulla certamina fuerãt:cum ex ea familia:quæ conſ.
uelut fatalis cum tribunis ac plebe erat:certamen oriť. Ap. Claudius cenſor circũactis decẽ & octo mẽſi
bus:quod Aemylia lege finitũ cenſuræ ſpatium tẽporis erat:cũ. C. Plautius collega eius magiſtratu ſe
abdicaſſet:nulla ui cõpelli:ut abdicaret:potuit. P. Sẽpronius erat tribunus plebis:qui finiendæ cẽſuræ ĩ
tra legittimum tẽpus actionem ſuſceperat:nõ popularẽ magis:quã iuſtam:nec in uulgus:quã optimo
cuiqꝫ gratiorẽ. Is cum idẽtidem legẽ Aemyliã recitaret:auctorẽqꝫ eius Mamercũ Aemyliũ dictatorem
laudibus ferret:q quĩquẽnalẽ ante cenſurã & longinqtate ꝑtãtem dominantẽ intra ſex menſium & an/
ni coegiſſet ſpatiũ. Dic agedum:inqt. Ap. Claudi:quid nã facturus fueris:ſi eo tẽpore:quo. C. M. Furius
&. M. Geganius cẽſores fuerũt:cenſor fuiſſes? Negare Appius interrogationẽ tribuni magnoꝑe ad cau
ſam pertinere ſuã:nam & ſi tenuerit lex Aemylia eos cenſores:quoꝝ in magiſtratu lata eſſet:quia poſt
illos cenſores creatos eã legem populus iuſſiſſet:quodqꝫ poſtremũ iuſſiſſet:id ius ratumqꝫ eſſet:non ta
men aut ſe:aut eoꝝ quẽq̃:q poſt eam legem latã creati cenſores eſſent:teneri ea lege potuiſſe. Hæc ſine
ullius aſſenſu cauillante Appio:& hic ẽ inqt:quirites illius Appii progenies:q decenuir in annũ creatus
altero anno ſe ipſe creauit:tertio nec ab ſe:nec ab ullo creatus priuatus faſces & imperiũ obtinuit:nec an
te continuando abſtitit magiſtratu:quã obruerẽt eũ male parta:male geſta:male retenta ĩperia:hæc eſt
eadẽ familia quirites:cuius ui atqꝫ iniuriis cõpulſi extorres patria ſacrũ montem cepiſtis:hæc aduerſus
quam tribuniciũ auxilium uobis cõparaſtis:hæc pp quã duo exercitus auẽtinũ inſediſtis:hæc quæ fœ Probra
nebres leges:hæc quæ agrarias ſemꝑ ĩpugnauit:hæc cõnubia patrũ & plebis ĩterrupit:hæc plebi ad cu/ appiæ
rules magiſtratus iter obſepſit:hoc ẽ nomen multo:quam Tarqnioꝝ ĩfeſtius ueſtræ liberati. Ita ne tan familiæ
dem. Ap. Ciaudi cũ cẽteſimus iã annus ſit ab Mamerco Aemylio dictatore:tot ceſores fuerĩt nobiliſſi/
mi fortiſſimiqꝫ uiri:nemo eoꝝ duodecim tabulas legit:nemo id ius eſſe:qđ poſtremo populus iuſſiſ/
ſet:ſciit? imo uero oẽs ſciuerunt:ideo Aemyliæ potius legi paruerũt quã illi antiquæ:qua primũ cenſo
res creati erant:qa hãc poſtremũ iuſſerat populus:qa ubi duæ cõtrariæ leges ſunt ſemꝑ antiqꝫ abrogat
noua. An hoc dicis Appi nõ teneri Aemylia lege populũ? an populũ teneri te unũ extra legẽ eẽ? Tenuit
Aemylia lex uiolẽtos illos cenſores. M. Furiũ:&. M. Geganiũ:qcqd iſte magiſtratus in repu. malefacere
poſſet:ĩdicarunt:cũ ira finitæ poteſtatis Mamercũ Aemyliũ principem ætatis ſuæ belli domiqꝫ ærariũ
fecerunt:tenuit deĩceps oẽs cẽſores intra centũ annoꝝ ſpaciũ:tenet. C. Plautium collegã tuum iiſdẽ au/
ſpiciis eodem iure creatum. An hũc:nõ ut q optimo iure cenſor creatus eſſet:populus creauit? tu unus
eximius es:in quo hoc ꝓcipuum ac ſingulare ualeat? quẽ tu regem ſacrificioꝝ crees amplexus regni no
men? ut q optimo iure rex Romæ creatus ſit:creatũ ſe dicet:quẽ ſemeſtri dictatura:quẽ ĩterregno qnqꝫ
diebus cõtentũ fore putes? quẽ claui figendi aut ludoꝝ cã dictatorẽ audacter crees? Quam iſti ſtolidos
ac ſecordes uideri creditis eos:qui intra uiceſimũ diẽ ingẽtibus rebus geſtis dictatura ſe abdicauerunt?
aut q uitio creati abierũt magiſtratu? Quid ego antiqua repetã? nuꝑ ĩtra decẽ annos:C. Menenius di/
ctator:quia cũ q̃ſtiones ſeuerius:quã qbuſdã potentibus tutũ erat:exerceret:contagio eius:quod quære
bat:ipſi crinis obiecta ab inimicis eſt:ut priuatus obuiam iret crimini:dictatura ſe abdicauit. Nolo ego
iſtam in te modeſtiam:ne degeneraueris a familia ĩperioſiſſima & ſuꝑbiſſima:nõ die:non hora citius q̃
neceſſe eſt:magiſtratu abieris:modo ne excedas finitum tp̃s:ſatis ẽ aut diẽ:aut mẽſem cẽſuræ adiecere:
Trienniũ:inqt:& ſex mẽſes ultra:quã licet Aemylia lege cenſuram gerã:& ſolus hoc qdem iã regno ſi/
mile ẽ:an collegam ſubrogabis:quẽ ne in demortui quidẽ locũ ſubrogari fas eſt? pœnitet. n. qđ antiqſſi
mum ſolemne & ſolũ ab ipſo:cui ſit ĩſtitutum deo:ab nobiliſſimis antiſtibus eius ſacri ad ſeruoꝝ mini
ſteriũ religioſus cenſor deduxiſti:gens antiqor originibus urbis huius hoſpitio deoꝝ ĩmortaliũ ſancta
pp te ac tuã cẽſurã ĩtra ãnum ab ſtirpe extincta eſt:niſi uniuerſam rẽpublicã eo nefario obſtrinxeris:qđ
ominari ẽt reformidat aĩus. Vrbs eo luſtro capta ẽ:quo demortuo collega. C. Iulio cẽſore. L. Papyrius